

ὍΤΤ ὈΙΚΤΟΙΣ.

PANEGYRICUS EXSEQUIALIS

Principis

Optimorum Optimi

Litteratorum Litteratissimi

PHILIPPIII

Ducis Sedinæ, Pomeraniæ, Cassubiorum, Hænetorum,
Principis Rugiæ,
Comitis Gutzkoviæ,
Dynastæ in Lebenburg & Butovv,

In veteri SEDINORUM Colonia
ANNO à Christianâ Epochâ VULGARIS CIO MDCXIII
III^{to} Non. Februar. pientissimè denati,
XIV^{to} Kal. April. Majorum conditivo pompâ
honorificentissimâ illati,

MEMORIÆ ÆTERNANDÆ

Die Quarto ab humatione dictus

à
M. PHILIPPO Horst BRUNOPOLITA.

Illustrissimus uandæ ætatis:

Vitam exerceat Labor: Variat Fortuna: Terminat Mors;
cujus Meditatio, optima PHILOSOPHIA.

SEDINI, TYPIS DUBERIANIS.

52441



*Illustriſſimis, Reverendiſſimo, Celiſſimis
Principibus ac Dominis*

DN. FRANCISCO,
DN. BUGISLAO, XIV^{to}.
DN. VLDARICO,
FRR. GERM.

Ducibus Sedin, Pomeraniæ,
Caſubiorum, Vandalorū,
Principibus Rugiæ,
Epiſcopo Camminiſi,
Comitibus Gutzkoviæ,
Dynastiſ Terrarum Leben-
burg & Butovv.

Dominis meiſ Clementiſſimiſ.



Jta profectò est, PRINCIPES Illustrissimi, Reveren-
dissime, Domini Clementissimi. *Hanc in vitam*
dum nascimur, eò pervenisse loci videmur, ubi
Luctus & ancipites posuere cubilia curæ,
Pallentesq; habitant morbi tristisq; senectus.

Sen. Epl. 107

In hoc contubernio vita degenda; imò trabenda.
In paludoso hesitantibus luto euenit, ut alterum pe-
dem extrahere dum satagunt, altero semper altius
insigantur. Pariter unam vix dum eluctatos, alia
Es gravior clades nos excipit, tantùm non oppressos
deprimit ad interitum.

— *Ἐπ' ἀλγεῶν ἀλγεα κείτα.*

Abyssum abyssus invocat. Tertij jam veris amœ-
nitatem succedaneo infecit luctu fatum ferale. Post
anni decursum Matris pienuissima è viris excessu
inclusus Dux GEORGIUS III^{ius} subsequebatur:
anno nondum veniente Fratris Frater PHILIP-
PUS II^{us}, Princeps.

Eurip. in
Troad. act. 3

— *Trojca dignus*
secula & Euboici transcendere pulveris annos.

Stat. l. 1.

Sed eheu! fuit. Fuit

PHILIPPUS, Pietas cui, sapientia
& Clementia cum Iusticiâ sacrâ

quando ullum invenient parem?

Quis desiderio: sic pudor aut modus
tam clari DUCIS? ah! indue lugubre

amictum POMERIS, cui Pater ætheris

mœrorum calicem dedit.

ὄρα=

o Calamitarum calamitas! Miseriarum miseria!
itane dicis regis tui nauis? Verum nil desperandum,
Principes Illustris! in tantis malorum flucti-
bus. Mergamur? non submergemur, si DEO quod
suum, si nobis ipsis quod nostrum est vel esse certe de-
bet, tribuamus. DEVS est

psal. 68.

imponens onus, atq; idem spes certa salutis:
quem penes est unum vitæ mortisq; potestas.

Fluctuet navis:

Christus inest navi, iquamvis dormitet in illa,
qua nauacitis Ducis PHILIPPI vox fuit pientissi-
ma. Huic ergo nos tradamus: huius arbitrio ac-
quiescamus: sub huius umbone fortiter excipiamus,
patienter feramus, emendare quod nequimus. Vnum
est, Senecâ intimante, leuamentum ingentium malo-
rum, PATI & necessitatibus obsequi. Imò in certa-
minibus sacris plerosq; vicisse, idem testis est, cæden-
tium manus obstinatâ patientiâ fatigando. Ita &
nos piâ patientiâ si animum obfirmemus, omnes ad-
versitatum insultus, effugere quos non licet, licet
bit tamen contemnere, masculè vincere: & ani-
mi magnitudinem ostentare. Iste enim ani-
mus verè magnus: quemadmodum contrâ pusil-
lus ac degener, qui obluetur & emendare ma-
vult DEVM, quàm se, ut cum pessimi Imper.
præceptore optimo iterum loquar. Sic ergo fidenter

3. de ira c. 16

1. quod in
sap. non cad
in jus c. 9.

Sen Epl. 107

stemus

stemus: Et inter spinas, quod habet proverbium, ocreati ambulemus. Neq; verò quorum obitus, seu potiùs à nobis abitus lacrimas elicuit, dolores concivit, omnis seponenda memoria. Absit! recordatio custodienda religiosissimè. Etsi enim cum aliquo nobis morsu eorundem vel nomen occurrat, hic tamen morsus suam secū adfert voluptatem, virtutes eorum Et vitam benè actam, exactam, si contemplemur. Atq; hoc est, quod illis debemus, qui suo exemplo suum illustrare seculum studuerunt: qui quatenus denegatur diu vivere, reliquere quo se vixisse restentur, immortalitate, quam meruerè, non privare. Donamus eternitate, eorum cogitationem in nobis oblivio si non sepeliat, gloriam Et laudem vox Et stylus si exteris, si posteris non invideat. Quas hujus causâ Illustrissimo VVV. Celsi^{num}. quondam Fratri germano PHILIPPO II^{do}. Domino, patrono meo Clementiss. benigniss. faciendas inferias litterarias, pia gratitudinis pro beneficiorū cumulo mihi servorū, clientū minimo imperavit ratio, ad VVV. Cels^{num} pedes demissā, quā par est, subjectione depono. Solvere, quo teneor, impos; solutionis confessionem, quam hauri raro solutionis implere vicem stoico docet Doctor, praesto. Accipite ergo Principes Illustriss; Domini Clementiss. vultu sereno, animo cognoscite benigno, hoc

Id Epl. 63.

Sen. Epl. 73.

ingenua confessionis symbolum; hoc gratitudinis in
illustriſſum. defunctum VVV. Celsnum. Fratrem
PHILIPPVM (ô utinam aliâ periclitari licuiſſet
in materie!) documentum: obſervantia in VVV.
Celsnes. monumentum: & in clientum veſtrorum al-
bo vel extremum mihi locum clemētīſſimè indulgete.
Sic me beatum! qui Celsus. VVV. omnes felicitates,
omnes ſalutes & ſecuritates, Eccleſiam pacatam, Re-
ligionem incorruptam, vitam prolixam, ſubolis ſer-
em aternandam, imperium ſecurum, domum tutam,
ſenatum fidelem, populum probum, regionem quie-
tam ex intimis animi penetrabilibus precor. In quo
prima Eccleſia pro ſalute Impp. voto, quod ratum
ô Jehova! eſſe jubeas, finio.

Tertull. A-
polog. c. 30.

VVV. Celsnum

cliens humilimus.

M. PHILIPPUS Horſt.

Accurrite;

Acurrite, accurrite cives: Mœnia urbis eversa sunt.
Ite filij, funebri Scipionis lecto humeros subijcite,
exsequias ejus celebrate.

Funus majoris Civis nunquam videbitis.
Sic olim inimico interempto inimicus.

Quid hic faciendum?

Fundamina Pomeraniæ conevsa sunt.

Cecidit Sincere Religionis asylum.

Institia propugnaculum.

Pacis tutela.

Sacri Romani Imperij lumen.

PATRIÆ PATER benignissimus.

Cecidit Pietatis, Virtutis exemplar.

Litterati & boni Dynastæ spectamen.

PHILIPPVS II^{us}.

Dux Sedini Pomeraniæ &c. Laudatissimus,
Accurrite, Concurrite, Lugere omnes boni.
Funus Majoris Ducis non visum.

Exsequiæ nupero, JOSEPHO in factis die sacro, ductæ.
PARENTALIA Posthuma certatim parate.

*Suam soluturus symbolam,
quem*

SUO PRÆSIDIO

*Domino, Patrono, Creditori,
Servus, Cliens, Debitor.*

privatim debet,

erigere LITTERARIUM CIPPUM publicè molitur

M. PHILIPPUS HONORAT BRUNOPOLITA.

Locus designatus Lyceum Illustre.

Tempus, Die crastini, nempe X. Kal. April.

Hora Illa pomeridiana.

Spectatum, Auditum.

SVMMATIVM, MEDIUM MORUM, INFIMATIUM,

*quos contritio Josephi tangit, angit;
quis cicatricis refectio quò inopinatio, eò gravior;
quis BONUS PRINCEPS tanquam Phoenix quingentis
tesimo Anno nascitur;*

*quis Defuncti Manes in honore manent,
optat, invitat, poscit,
benivolentiam, presentiam,
humilitatè, officiosissimè, humanissimè.*

LECTOR quisquis es

V A L E, fave

& mortalis, immortalitatis obliviscaris cave.

Ichovab

Iehovah aDIVtor nobisCVM esto!

Rodeo iterum in conspectum vestrum. Audit. Verba facturus: sed forte præter rem facturus. Conatum n. hunc meum qui ita interpretentur, non deforme non ambiguus conjicio. Huic quidem actum acturus videbor: isti in alieno, ut habet proverbium, choro pedem positurus; illi spartam meam sponte arreptam non ornaturus, sed deformaturus: alij ultra peram sapiens popularem nescio quam, auram aucupio occupaturus. Nam quis ego, qui Pientissimo, Litteratissimo, Sapientissimo Herœ (he! quondam) PHILIPPO II^{do}. Sedin Pomeraniæ Duce prælustriissimo dignum efferre præconium præfidens moliar? Certè herclè de Magnatibus dicere non nisi virorū est & magnorum clarorum. Sortem ea materies excedit humilium & obscurorum: quos suo se pede metiri fas est, & Laudicæ norum diverbio cognomen famosum modeste præcavere. Neq; enim fœcundam satis atq; opulentā ab iisdem Magnatum quis facilè expectaverit laudem. Jejune autem atq; frigidè laudare, plus criminationis obtinet, quam prædicationis, plus infert injuriæ, quàm confert gloriæ. Siquidem ut eadem laus vera est, si factorum magnitudinem dictorum exæquat gravitas: ita verè vituperij induit naturam à rerum dignitate si arida deficit verborum tenuitas. Adhæc præpostera abesse curiositatis suspicio haut potest, ubi advena indigenæ sibi vendicat partes, extraneus subditi, privatus in officio constituti: idq; eò magis si quando hi tantā fide, diligentia, auctoritate suo defuncti sunt munere, ut quod vel in illis vel ab illis

illis desideres, nihil quicquã sit reliqui. Per-quam-sane
 gravis, quæ me incurfat accusatio, à proposito
 quidni animum deturbet? Nam in quod plurimæ uno
 q. animo & ore consentiunt gentes, id rectè fieri quis
 inficias iyerit? Contrà verò si quid sit, quis probaverit?
 Atqui verò uti Alexander ille non gratiæ causa ab Ape-
 le potissimum pingi & à Lyssippo fingi & à Pyrgotele in
 gemma scalpi volebat, sed quod illorum artem tum i-
 psis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat: sic eidem in si-
 gæo ad Achillis astanti tumulum fortunatus is erat ado-
 lescens, quod virtutis suæ Poëtarum Principem Home-
 rum præconem invenisset. Apud Galatas in Magnatum
 exequijs de defunctis grandiores natu aut proximi ne-
 cessarij diserebant. Apud Ægyptios rege defuncto Sa-
 cerdoti, qui proximam tenebat dignitatem, hoc mun-
 neris incumbebat. Apud Athenienses, qui prudentiã
 & dignitate maximè præstaret, totius consilio populi
 deligebatur, qui quos Martis furor absorpserat, felici
 Palladis & Pethûs auspicio pro rostris dignè cohone-
 staret. Apud Romanos inde à primâ, quam de Junij
 Bruti Collegæ sui laudibus P. Valerius Publicola consul
 funebrem habuit orationem, non nisi ab Optimatib9
 viros fortes & magnos supremo in funere commenda-
 tos, eorum fasti sunt indices: Sed quid Barbarorum an-
 tiqui ævi adfero exempla? Cùm & in Republ. Christia-
 na non superioribus tantum seculis; Sed & majorum,
 nostraq; ætate Impp. Duces, Magnates defuncti suarum
 buccinatores virtutum virorum semper & ubiq; sortiti
 sint summates. Qui nec Illustrissimæ Pomeranicæ fami-
 liæ (ô rarioris utinam fuisset fati!) unquam defuerunt. In
 tuas, imprimis *Magne CRAMERE*, nisi suada tua Tulli-
 ana majorem ingenij ubertatem, majorem dicendi co-

B

piam

*Cic. 5. Fam.
Epl. 12.*

Plin. l. 37. c. 1

*Cic. Orat.
pro Arch. &
d. Epl.*

*Alex. ab A-
lex. Gen. d.
l. 3. c. 7.
Diod. Sicul.
l. 1. Herod. 2
Thucid. l. 2.*

*Plut. in vi-
ta Public.
Rosin. l. 5.
antiq. Rom.
c. 39. Lud.
vives ad
Aug. l. 3. de
c. D. c. 18.*

piam, quàm in me est, posceret, eundem hinc mihi essent laudes, quem laudandi

Gryphiadum de stirpe Ducis, ---

toties fors offendit dicam? an oppressit? Decursu annorum vicenorum Mediolanensis ille antistes *Ambrosius* ternorum Imp. pientissimorum & summorum: Tu annorum duodevicenorum spacio senorum Pomeraniae Ducum, heroum quâ pietate, quâ prudentiâ, quâ omni virtutum cumulo, maximè inclutorum æternitati consecrasti memoriam. Sorte dolorificâ iteratâ toties quidni oppressus videare? at tanto in mœrore & luctu, quantâ cum gravitate verborum ornamento, tantis digno Ducibus encomio tuo satis feceris officio, aures nostræ, in quibus adhuc sonat & vibrat vox tuâ nupera, à qua triduo intervallo recentes sumus, testimonio sunt locupletissimo. Ergò & cujus ego gratiâ hanc cathedram adscendi, id à Te jam factum abundè. Quid itaq; actum agam? Verum enimverò rectius meâ quidem opinione iudicabunt, qui non tempore, aut die definiendâ, sed æternandam benè de se meritorû æstimant memoriam: qui virtutes & facta eorum veluti in speculo cottidiè contemplanda, statuunt: qui nec sacros scriptores, nec alios ob iterata illustrium Heroum ellogia crambes iterum positæ reos agunt: qui quid tritum illud, *δὲς καὶ τοῖς τὰ νῦνὰ* velit, pensiculatiustrinant. Non enim in honoræ instar unedonis se egregia habent Magnatum facinora. Illius asperitas non nisi unius admittit esum, vnde & nominis est origo: at horum ea vis est, ut quò intuearis sapius ac pressius, eò delectationem excitent jucundiozem, admirationem majorem, recordationem gratiozem, observationem diligentiozem. Ecquæ enim rerum oboriatur honestarum satietas? Et quæ nos Pietatis atq; innocentia nostr

Valentinianus Imp. A. C.

C. 375.

Gratianus

Imp. A. C.

383.

Theodosius

Magnus A.

C. 395.

vid. tom. 3.

op. Ambros.

Iohan. Frid.

Dux Sedini

Pomer. A.

C. 1600.

Barnimus

A. C. 1603.

Casimirus

1605.

Bugislaus

XIII. 1606.

Georgius III

1617.

Philippus II.

1618.

Plin. l. 15.

6. 24.

stri

stri (hei!) defuncti tam clementis Ducis, tam prudentis Custodis, tam fidi pastoris, tam benigni patriæ patris, PHILIPPI Ill^{di}, deprædicandæ tam citò corripiat nausea? Absit, Audit, Absit hæc tanta ingratitude! ne dicam impietas! Ita potius statuite, nunquam satis largè promos nos fore, si nullam etiam sive diem, sive horam, transmittamus gratiâ Ducis PHILIPPI recordatione vacuam. Hanc Pietas ejus exposcit mercedem; hoc virtus mereatur præmium. Quæ ipsa & me permovet litterarij cujusdam cippi curam suscipere, nõ quod ab alijs id vel negligenter, vel non satis dignè sit præstitum, (næ frontis fuerim perfrictissima, si quod in ore & oculis est omnium negaverim) sed quòd & privata quædam gratitudinis erga defuncti Principis manes id suo jure q. à me exigat ratio, & debita erga totam domum illustrem Pomeranicam urgeat observantia. Utraq; de curiosa apud vos me purgabit arrogantia. Nam etsi quidem alieno ego solo natus, ita tamen beneficiorum me sibi obstrinxit & multitudine & magnitudine hæc Pomerania, ut dudum suorum inscripsisse indigenarum videatur tabulis. Idq; non nisi singulari Illustrissimi Ducis PHILIPPI in me affectu primo auspice. Hujus ductu ante triâ & quod excurrit lustra illustre hoc Lycæum me alumnum excepit, aluit, erudit. Hujus nutu hæc ora identidem revisa, quæ nunquam nisi beneficiis affectum dimisit. Et quî, ô beati manes, regale illud silentio involvam munus, quo ante octennium inactatus abibam? Debitorem me, Audit., & Clientem Illustrissimi defuncti Ducis cognoscitis; ideoque non planè absque mandatis oratorem jam venisse. Cùm vivo, quod debui,

volui; non potui: quod mortuo unicum restat, solve-
re satago. Mœstæ, ut vereres loqui hac in re solebant,
religionis officij genus plenissimum præstare conor: &
pia in defunctum gratitudinis, debitæq; erga totam il-
lustrem Ducum Pomeraniæ familiam observantiæ si-
gnificationem declarare. Quod si non phalerato
id faciam verborum apparatu, vel hinc linguæ meæ cõ-
facilius ignoscetis balbuti ei, quod ipsam etiã Atticam
facundiam non dicam prædicandis & exornandis, sed
enarrandis pro dignitate Ducis nostri *uaxaxix* virtuti-
bus parem ipsi diffiditis. Oratoriæ palmam dicendi
Magistris utrâq; manu lubens concedo; qui non osten-
tationis, à qua (præfiscinè loquor) me tam alienum
profiteor, quàm qui maximè; sed pietatis, quæ mole-
sta esse nemini potest; non ingenij, quod sentio in me
quàm sit exiguum; sed gratæ observantiæ, in vitio quæ
nunquam quit poni, partes suscepi. Agite ergò Au-
dit, animis adeste candidis & serenis, & quæ benevo-
lentiã complecti perorantes soletis, eandem & mihi il-
lustrissimi Ducis *uaxaxix* Sanctam Pietatem & piam Inno-
centiam non quidem suis coloribus Apelleo artificio de-
picturo, sed rudiori tantum penicillo delineaturo,
benigne indulgete. Id ego operæ sum daturus
ut si vestræ expectatiõni hic excitæ minis re-
spondero, simplici tamen sermonis & rei veritate gra-
tiam aliquam à vobis non invitis ineam ac reportem.
Eo inter se necessitudinis vinculo vera Pietas & vitæ
innocentia sunt combinatæ, ut divelli à se invicem non
magis possint, quàm à corpore, in sole quod versatur,
umbra, ab aqua humor, ab igne calor. Ideoq; ubi piè
vivitur, vivitur & innocenter. nec potest vita verè esse
innocens, nisi eadem sit & pia. Ut enim de spinis uvas,
de tribulis ficus nemo collegerit; ita contrà arboris
bonæ

bonæ fructus semper bonus, matri probæ filia non-
dissimilis. Pietas v. virtutum radix & matrix omnium:
ubi hæc in cordis penetrale admissa, reliquarum uber-
tim expullulant virtutum germina. Atq; hinc Pietas
cum Innocentia juncta nihil aliud est, quàm omnium
virtutum, quæ Ducalem majestatem quàm maximè
fulciunt, quàm magnificentissimè exornant, comple-
xus & cumulus. Qui in illustrissimo nostro *μαχαεστη*
PHILIPPO II^{do} tantoperè erat coacervatus, ut inter
omnes Romani Imperij Principes (asseverantiùs dico,
nec censoriam aliter sententiù virgulam reformido.)
vix sit, qui primas ei temerè præripuerit, secundas verò
nō ultrò detulerit. Quantus mihi, Audit, patesca campo
videtis, ut quid primum quid ultimū memorem,
hæream. Imò quid dicam, quid sileam, quid adferam
quid auferam, in tanta copia non satis dispiciam.
Si n. ex *Plinii* mente prævaricatio est transire dicenda;
prævaricatio etiam cursim & breviter attingere, quæ
sint inculcanda, infigenda: & non minus non servat
modum qui infra rem, quàm qui supra, qui adstrictiùs,
quàm qui effusius dicit, inter saxū sto reverà sacrumq;.
Ast brevioribus tamè spacijs mihi ambulandū, cum &
præscripta temporis id jubeat angustia, & non tam
facile parum, quàm nimium offendat, audiendiq; fa-
stidium pariat. Ad primam ergò tantarum virtutum
originem si recurramus, ex cœlesti planè progenito-
rum seminio eas ad unam omnes in *μαχαεστη* nostro
cumulatas, educatùsq; felici excitatu promotas com-
perimur. Sed quid? Virtutum habitus naturali à ma-
joribus in posteros propagantur traduce? Næ absurdò,
qui dixeris. Quis Cambysen, quis Caligulam, quis
Bassianum, quis Galienum, quis Cōmodum, heroum
filios

Plin 1. 1.
Epl. 20.

Cic. de Orat

Vid. Perzel
Mellif. hi-
stor. part. 2.

filios ignorat noxas? generis vibices? imperij Roma-
ni natrices? orbis terrarum Phaëtontes? portenta?
quem satyrici fugit de Romanis suis, rerum illis olim
Dominis, ad Martem gentis originem referentibus,
querela?

--- ò pater urbis

*unde nescis tantum Latii pastoribus? unde
haec tetigit Gradive tuos urtica nepotes?*

Appieratem & Lentulitarem quis Tullio non magni
habitam nescit? Cui ignota in astragalibus nobilitas?
At enim magna in utramq; partem sanguinis est vis.
E vipera non nisi vipera nascitur: nec è squilla rosa.
*simile sibi simile producit. Atq; ex bonis boni natura ordine
atq; intentione procreantur.* Nam non solum praclarus &
*magnificus liberorum est thesaurus parentum virtus: sed inest
quoq; in illa vis admirabilis & occulta propaganda virtutis at
in stirpem derivanda.* Ea; tanta ut quemadmodum ij,
qui ab antiquo bonorum semine genus ducunt, & vir-
tute pollere, aut certè virtutum fomitem atq; incita-
bulum inde deducere non ineptè colliguntur: ita gen-
tis & familiae non minus quàm arboris generositas ex
fructuum probitate cognosci & ex virtutis suae merito
diligenti, rectè asseratur. Adeoq; mutuam & hic rela-
torum curritur iter: à parentum exemplari ad liberos
iudicii progressus; ab his ad illos regressus. Etenim,
ut eleganter *Castodorus*, quemadmodum indigna posteritas
*laudes antiqui generis, abnegat, ita praclara de patribus e-
grege dicta confirmat, iuxta illud: Praconia veterum pra-
sens docuit vena virtutum. Laudabilis enim vena suam ser-
vat originem & fideliter posteris tradit, quae in se gloriosa
transmissione promeruit.* Quamobrem de nobili & illu-
stri stirpe, quemadmodum de alijs bonis, gloriari non
indignum est. Et noster ergò, quod dicere coeperamus,
Dux

Iuvē. Sat. 2

l. 3. Epl.
fam. 7.

Aristotel. 1.
Polis. 6.

Plat. in Me-
nex.

Plur. de lib.
educat.

Dion. l. 44.
in orat. An-
ton. de Laud
Caesaris.

Vinād. Pigh
in Herc. Pro-
dic. Epl. ad
omnes Can-
cell. Oliviers.

l. 3. Epistol.

Phalaris Epl
ad Antioq.

Dux PHILIPPUS se foelix generosioris progeniei prædicare germen potuit. dignus & felix magnis majoribus nepos! felicesq; illi (si æternam beatis addi felicitas terrestris potest) hoc nepote majores! Qui verò illi? qui hanc regionem ab aliena servitute succedentibus posteris ad hoc usq; tempus liberam suâ virtute tradiderunt: quâ laude (at quantâ!) Athenensium suorum progenitores fulminator ille *Pericles* effert. Singulorum commemorari nomina, commendari facta, postularis? id verò operosum nimis foret, nescio an & tædiosum. Certè minus jam hujus loci & temporis. Nam, non dicam inde à cruentissimis Hunnorum Attilâ Duce, qui universi orbis malleum & DEI flagellum se venditabat, in Romanum Imperium invasionibus; sed à prima ex gentilismo ad Christianismum conversione, tot repetendo seculorum memoriam, seu Gryphiacæ, seu Pomeranicæ, quæ istius se propaginẽ ex Historicorũ si te agnoscit, deducere longã familiæ seriẽ, quid esset aliud, quàm nõ oratiunculæ quãdam determinare partem, sed integra infinitorũ laborum volumina proferre? temporis dispendium facere? remotiora sectari, propiora negligere? aliena attingere, quæ Nostri, de cujus funere modò querulamur, sunt magè propria, præterire? Imò de ista jam antè à multis multa & dicta & ære perenniorib; monumentis inscripta: meq; in ipso exordio exodii sollicitatura esset indago. Togâ & sago fuisse Heroas celebres annales loquuntur: de maternâ profapiâ idem per ætates plurimas testati. Quamobrem, Majores istos lubens, nec vobis indignantibus prætereo. Sed & proximiores parentes vix levi brachio attingo. Nam de BOGISLAO XIII^{mo} ante duodecenniũ humanis reb; exempto, quem cū Illustrissimis Dominis Fratrib; & sororib;, cõmunem

Noster

Merc. in A-
Atlante Mi-
nor. P. Berr.
in tabb. Ge-
org.

Apud. Thu-
cyd. l. 2. in
Orat. funo.

Noster habuit parentem, quæ dicenda forent, ea in-
 recenti vestra sunt memoria. Quanto enim studio
 illud bonorum Principum stadium, Majorum suorum
 æmulus, cucurrerit, quantâ felicitate decurrerit, par-
 tim *αὐτόεπονται* cognovistis, partim aliorum voce & stylo
 ec̄ octi intellexistis: quin utraq; tam Orientalis, quàm
 Occidentis Pomeraniæ plaga Domini sui laudes ad-
 huc dum pleno ore extollit, ebuccinat, clamat.
 Hujus parens, PHILIPPI nostri avus: PHILIPPVS Pri-
 mus fuit, GEORGII Im̄i filius, Magni illius B O G U S-
 LAI X^{cimi} nepos. Subsistite hic paulisper, Audit, & ar-
 canum humanæq; intelligentiæ acumini imperviam
 mecum admiramini divini providentiæ sapientiam.
 Non enim hominum consilio, non ipsorum nominum
 sorte vel omine, sed cœlestis Numinis arbitrio in Ma-
 gnis familijs frequentatum, ut majorum indolem, vir-
 tutem, fata sortiantur minores cognomines. JOHAN-
 NES FRIDERICUS Im̄us, defuncti nostri Ducis avun-
 culus Magna *Dominicâ*, quam *Misericordias Domini* Ec-
 clesia indiget, acie victus & captus Carolo V. Imp̄-
 traditur: Vincennio post eadem *Dominicâ* filius ejus
 cognominis JOHANNES FRIDERICUS Idus urbe
 Gothâ & Grimmenstein Commissarijs Imperatorijs de-
 ditione traditis captivitati mancipatur. Ille prop̄
 Mulbergam Torgæ vicinam capitur; nec Gotham à
 Mulberga Thuringiæ distare longè ferunt. In Pome-
 raniæ Nostræ GEORGII Im̄o & III^o, quâ alterius ocu-
 li lesionem, quâ præ properam vitæ abruptionem cō-
 venientiam jam annò ferè GEORGII III^o exequiã nos
 docuerunt. At in PHILIPPIS avo & nepote, cui modò
 justa solvimus, ea tantò illustrior, quântò frequentior.
 Non enim tam lac lacti simile, ovo ovum, quàm nepos
 hic avi sui fuit similis: ut in hoc veluti speculo
 nitidif-

Anno. 1547.
 24. April.
 Buchol. ju-
 dic. Chronol.
 Zwing the.
 vol. 3. l. 11.

A.C. 1567.
 13. April.
 Buchol.

nitidissimo istius idéam cernere licuerit exactissimam,
 vividiorémq; imaginem nulla pingere manus Apelléa,
 aut fingere Lysippéa unquam potuerit. Ita ubiq; pa-
 ria avi nepos fecit in vitæ ingressu, progressu, egressu.
 PHILIPPUM ^{Imum} Mensis Julij dies XV^{ta} mundanæ
 donavit Lucis usurâ ; PHILIPPUM ^{Idum} ejus-
 dem mensis dies duodecesima. Illum de singulari ve-
 ræ Pietatis Zelo fama agit perennis celebrem, hunc nō
 tam piū, quam pietatem ipsam mirata cantat. Illum
 Ecclesiæ nutritorem; hunc altorem, illum alterum Jo-
 ssum; hunc alterum Ezechiam proclamat: Ille litte-
 rarum fuit amator, litteratorum fautor; Hic litterarū
 cultor, litteratorum auctor. Ille hujusce Gymnasij fun-
 dator; Hic conservator. Ille justiciæ sacerdos, legum
 custos; Hic justiciæ assertor, legum protector. Ille
 patriæ pater clementissimus, in hoc quis unquam hu-
 manissimæ lenitatis desideravit quicquam? Ille pasto-
 rum & pauperum fuit præsidium ; hic asyllum.
 Ille pacis studiosissimus, hic amantissimus. Ille (utinam
 corrigere hic linguam fas esset!) valetudinis totā in
 vita non satis firmioris; hic ab ipsa pueritia tenuioris.
 Illum mensis Februarij abstulit dies XIV^{ta} hunc dies
 III^{ta}. Ille ætatis anno quinquies noveno vitā iustus e-
 gredi mortali; hic eodem Climacterico vitam ingres-
 sus verè vitalem. Sed ad caducæ regredior introitum:
 qui matre CLARA, matronā natalibus, pietate, omni
 virtutum ornamento verè clarā, Nostro contigit.
 Nam ex illustriissimā Brunsvigio-Lunæburgicā prosapia
 & oriunda Patrem habuit FRANCISCUM Evangelicę
 reformationis cum fratre ERNESTO assertorem fortif-
 simum, & in Comitibus Augustanis Saxonie Electoris
 JOHANNIS, avunculi sui, in fidei confessione (cui in-
 de nomen Augustanæ) CAROLO V^{co}. Imp. exhibenda

Ad. Christ.
 1530.

parastatam fidissimum. A tanta pietatis parente edita, sed posthuma, sub matris cognominis manu piissime post educata verò speculum & decus muliebris sexus se præbuit.

A. C. 1573.
Philippvs
DVX poMe-
ranie.

Citr. in Sa-
xon. l. 23.

Daneus in
aphor. polit.
ex Polyt. l. 10

Plut. in Mo-
ral.

Annus natalis Duci nostro PHILIPPO fuit à Christo Θεαυθωσσω nato Septuagesimus III^{tius} supra sesquimillesimum; qui idem BARNIMO X^{cimo} cum PHILIPPIS nostris PII cognomen fuit, PHILIPPI nostri II^{di}, patruo magno, tertio mense post emortualis. Quemadmodum v. in illis, qui summo ut apud mortales sint, loco nascuntur, statim à teneris unguiculis illustres indolis eorum scintillæ plerumq; emicant: ita in ipsa cruda infatia, nihil humile, nihil populare, PHILIPPUM detinuit, oblectavit: ut veritatem conciliasse visus proverbio, generosioris arboris plantulam exserere se solere maturius ultraq; proprietatem innatam nihil spirare. Nam & puerorum crepundijs ludicris parvi habitis, pusionem ipsum non nisi scripturijse, semper accepimus: Id quod in optimum pietatis, doctrinæ, famæ GEORGJ Anhaltini Principis æmulandæ omen, pientissima genitrix rapiebat, suo eventu non omnino frustratum. Equis ergò defunctum nostrum ad virtutes ab ipsa naturâ factum, effigiatum, imbutum hæsitet? At enim vites ni pedamentis fulciantur, jacent: arbusculæ ni vallis cingantur, tortuosæ crescunt: ita optimum quodq; ingenium in vitia ne præceptis agatur, ab honestatis rectitudine ne devariet cereum, rectæ educationis stabilimine & adminiculis indiget. Nam quæ natura ingenuit Bonæ mentis semina, educationis cura maturat, & fructum elicit. Illius est largiri habilitatem, hujus habitum cedere. Ergò ad optima divino naturæ instinctu Noster dum curreret, ut quò curreret, ne nesciret, à cursu ne retardata-

tardaretur, reflectereturve, curiosissimâ sibi accurren-
 dum curâ Optimi parentes rati viros ipsi emendatos &
 graves adjungebant, quorum ductu, directione, & e-
 xemplo, tam domi, quàm foris disceret privatus, quæ
 olim viro publico usui essent futura. Nam genero-
 sam indolem si recta accedat institutio, magno esse bo-
 no patriæ, secum ponderabant: sin ad vitia degeneret,
 ingenti esse malo: nec justiore & doloris & querimõ-
 niæ causam nancisci unquam populum, quàm cum prin-
 cipis sui liberos videt malè institui & ab hominib9 viti-
 osis educari. Erant ergò quorû probatæ fidei & integri-
 tati Noster commendabatur, in primâ quidem pueritia
 JOACHIMUS TOELMANNUS Sundenfis, Simonis
 J. Cui & Reipubl. Augustanæ Advocati, ex Lipsianis Epis-
 stolis. nati, pater, pater, pater, pater, pater, pater, pater, pater,
 quidè & vitâ, venerandus & pius jam senex, GERVASIUS
 Medicinæ Doctor, Aulae *apxua* legis; à studijs MARTINUS,
 qui cum dicebant, quid faciendû esset, probabân facien-
 do: cum docebân, quid vitandû, nunquam in eo, quod fu-
 giendû dixerant, deprehendebantur: ex quibus non nisi
 profuturû audiebat, nil quod nescisse rectius fuisset, di-
 scibat. His moderatiorib9 ætas & puerilis & succrescēs
 ijs domi exercebatur studijs, quibus in ipso etiam æta-
 tis vigore gravissimòq; regiminis pondere & delectatû,
 & immoratum, & immò immortuum defunctum
 Ducem novimus omnes: *Pietate* imbuebatur, le-
 gitimis veræ *Philosophiæ* præceptionibus ad virtutum
 amplexû optimè perficiebatur; *Eloqui* elegantia form-
 mabatur. *PIETAS* meritò sibi primas vendicabat:
 reliquarum quippe virtutum omnium caput, ijsq;
 superstruendis quasi lapis angularis: tantò fortius
 Magnatum munimentum, quantò iniquiores & plu-
 res abstrusorum insidiarum laquei eis tenduntur:

Plut. in The-
 mist.

Comin. l. 3.
 de reb9 gest.
 Ludovici XI.
 Gallorum
 Regis.

Lips. Com.
 ad Germ. &
 Gall. Epl. 7.

tantò illustrius ornamentum, & publicæ salutis funda-
 mentum, quantò altiori illi fastigio collocati, Cynosu-
 ræ q. & Helices funguntur vice, juxta quam subditi vi-
 tæ suæ cursum moderantur. Pietatem *Philosophia* exci-
 piebat. At quid cum *Philosophia* Principi? quid He-
 roibus cum scholarum nugis? Parcus ista viri. Cum
Philosophia plurimum certè Principi negoti: Si divino
Platoni, homini veritatis amicissimo, ejusq; omnibus
 exhibendæ promptissimo credimus: si Persarum institu-
 ta non rejicimus. Illi ea tandem *Respubl. felices in quibus*
aut Philosophi gubernaculum committitur; aut qui ad clavum
sedent; Philosophiam sequuntur; cò quòd Reipubl. salutare nihil
magis, quàm potestatis & sapientia Coniunctio: His ex ma-
 gorum prodibat gymnasio, qui imperitaret. Est enim
Philosophia aecipua regalis. Est vita lex: est legum vallum &
fossa: Est res religiosissima, & sanctissima *Diuo Iustiano Imp.* sic
 vocitata. Verum non umbratilem illam & cathedrari-
 am intelligimus, quæ in argutis quæstiunculis hærens,
 nihil neq; ad vitam tuendam, neq; ordinandam pro-
 movet. quibus à Tiberio Nerone Augusto Grammati-
 cos exercitos *Tranquillus* auctor est. An major *Homerus*
 ætate fuerit, an *Hesiodus*? quæ mater *Hecubæ*? quod *A-*
chilli nomē inter virgines fuerit? quid *Sirenes* cātillare
 sint solitæ? quantò remigum numero *Ulysses* navigavit?
 ubi erravit? quæ nomina proci *Penelopes* fuerint? quæ
Evandri mater? quæ *Æneæ* nutrix? qui *Niobes* filij? juxta
 quas arbores *Latona* *Dianam* enixa? quæ *hiacynthi* lit-
 teræ? Apage istas ineptias, tricas, apinas ab omni in-
 genio frugi! nedum à Principe ad summa nato. Funda-
 mentum *Reipubl. est non gaudere vanis*, quæ *maxæ* no-
 stri vox fuit regia. Si quis nugis his delectaris, *Anticy-*
ras naviga, & ibidem interpretare. Veram nos volu-
 mus

Gell. l. 10.

c. 22.

Cic. in Epl.

ad P. Fratrem

et 1. Offic.

Dan. polit.

aphor.

Sen. Epl. 24

Alcidamas

app. Arist.

l. 3. Rhet. c. 2

l. 1. §. 5. ff.

de extr. 60.

gnit.

Gell. l. 10. c.

22.

Senec. Epl.

88.

Sueton. in

Tiber. Ner.

mus, non simulatam, quæ animum format & fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda & omittenda demonstrat, in publicis simul & privatis officijs excellit, civitatesq; & Rempubl. si nihil prohibeat, constanter & fortiter & peritè administrat. Hæc illa est officina, in qua cuduntur arma rei benè gerendæ. Hæc illa est, cui sub Philosophorum Aquila filium Alexandrum Philippus Macedo vacare jubebat, ne multa admitteret, quorum se admistorum pœnitebat. Hæc illa est, quâ adjutus & ornatus *M. Aurelius Antoninus*, *Philosophus* dictus, tantus exstitit Imperator, ut nullâ oratione ejus exæquari virtutes posse, creditum sit, & quem facilius fuerit tacitè admirari, quàm laudare. Hæc illa PHILOSOPHIA est, quæ Duci nostro omni auro charior, gemmis preciosissimis preciosior, post matrimonialis cum Illustrissima SOPHIA Holsaticâ mœstissimâ nunc viduâ, sponsionis accessionem, symboli etiam loco semper habita, ferventissimi erga *ustramq; SOPHIAM* ardoris indicina. Ejus v. ambitus non angustis, illis Politicorum placitorum aut juridicarum regularum clauditur terminis, sed per omnes historias veteres hîc eundum, quæcunq; antiquitatum sunt monumenta iustranda, hieroglyphicis occulta, *facis* indaganda, nec Poëtarum secreta & deliciae penitus *al-* *nanda*; in quibus singulis & utilitas cum jucunditate, & *unditas*, cum utilitate, ambiguâ luctâ, de palma invidiosæ contendit. Nam quid fructuosius, quid delectabilius, *nam* non unius ævi & urbis exempla, sed omnium temporum, omnium gentium q. indiffuso theatro res gestas *spe-* *are*? atqui theatrum tale exhibet historia. quid salubrius, mod pulcrius, quàm sedentem periculis aliorum sine suo periculo cautum sapientemq; fieri? atqui id largiur *historia*.

l. 1. §. 1. ff. de Iusticia & jure. Seneca. Epl. 16

Plut. in Apophth.

Mellof. hist. Pezel. part. 2. p. ego ex fuida Auv. Victore, Capitolino & Entropio.

Lips. operæ Critici. l. 2. Epl. 14.

Diod. sic. in proem. vitætarum Philippi & Alexandri.

exempla capere omnigena ad usum tuum qualibet in re
 utiliter traducenda? atqui ea largitur historia, in omni re
 ardua magnaque; qui ante te periclitatus fuerit, qui in dis-
 crimine praecesserit, habere; nec usquam certo desitui ex-
 perimento: et retroactis futura scienter in omnes even-
 tus perspicere, praesentia judicare? Atqui hoc omne
 exhibet historia. *Historia* verè vitæ magistra, com-
 pendiosissimo at fidelissimo praecipendi genere non
 docet quidem, sed propositis exemplis quæ rectè fiant
 secusve, veluti in speculo ostendit: immortalis nomi-
 nis laudisq; gloriâ optimos quosq; ad praecleara facinora
 accendit, immortalis infamiae metu à vitijs pravae de-
 terret & avocat. Ab eadem *studium*, quod vocant,
Antiquitatis non sequestrandum, quippe ad veram hi-
 storiarum intelligentiam maximum adjumentum,
 maximum in vita oblectamentum. quò praeter alia
 (quæ hujus non est loci commemorare) variae pi-
 cturae, statuae, clypei, nummi, inscriptiones
 marmorum ac lapidum, elogia, Epitaphia, notæ
 accensentur. Ad memoriam n. rerum propagandam
 praeter annales & historiam apud civiliores & floren-
 tiores populos ea olim omnia usurpata: unde non
 desunt hodieq; qui integros urbium & populorum
 fastos feliciter inde texunt & restitunt. Cum
 idem maximam etiam alunt cognationem, quæ
 Aegyptiorum olim erant notæ *Hieroglyphicæ*, quibus ceu
 sacris calaturis Numinum suorum Majestatem, si Di-
 js placet, velabant, ne tam arguta mysteria aliquò
 in vulgus emanarent. Quarum q. propaginem no-
 strum hoc in quò vivimus, eruditum seculum produ-
 cit. *Emblemata*: ingeniosos illos exquisitorum inge-
 niorum & juveniorum fœtus sub certis picturis & sym-
 bolis, quæ ut plurimum morum doctrinae inserviant pro-
 moven-

Cornel. A-
 grippa de-
 vanit: sci-
 ent. o. s.
 Vid. Orat.
 Freig. sub-
 mex. libb.
 Antiq. Ro-
 fini.
 Sreph. Vin.
 Pigh. Epl.
 ad Cancell.
 Cliv. in Hæc
 Prod.
 Freig. d. l.
 Claud. Min
 in præfat.
 de Emble-
 mate præ-
 fix. Emblem
 Alciati.
 Vul. Fastos
 Magistratu-
 um & Tri-
 umph. Ro-
 man. nec;
 Siciliam &
 Magna Gra-
 ciam Habet
 in Golzi.

movendæ, scitissimè representantes & illustrantes. De
 vera *Poesi* quid statuamus? Magni iudicio *Erasmi*, nihil
ea aliud est, quàm ex omnium disciplinarum delitijs
& medullis condita placenta: seu ex electissimis quibusq;
flosculis compositum mellificium. Platonicos si audire
lubet, Poesis est Philosophia tempore antiqua, Compositione nu-
merosa, sensu v. fabulosa. Contra: Philosophia Poesis tempore
recentior, sensu planior. Ipsa ergò naturâ Poësis & Philoso-
phia res eadem nomine tantum ac tractationis modo
diversa. Antiquissima enim Philosophandi ratio fuit,
non vivendi tantùm præcepta Ethica, sed & rerum na-
turalium doctrinam imaginibus & fabularum involu-
cris includere, cùm & penetrent imagines illæ altiùs &
in animis hæreant diutiùs.

Sed! ferri extra oleas videor. Minimè verò. Nā ideò lō
 giusculè immorandum his studijs fuit, ne quis ob mo-
 mentaneā saltē voluptatem Principi nostro in delicijs
 ea fuisse temerè arbitretur. Apicularū enim more, quæ
 omnib; quidē flosculis insidentes de singulis carpunt u-
 tilia: exactissimæ litteraturæ & prudentiæ perfectissimæ
 Candidat; nihil inexploratū, nihil intentatū sibi relin-
 quendū putabat, unde regimini destinata vita & decoris
 & commodi quid demerere posset. Hinc *Poetarum*
 amore tenebatur, quos primos totā teste Antiquita-
 te Philosophos, primosq; totius sapientiæ invidiam su-
 stinuisse: & cū reliquarum scientiarum interpre-
 tes terminis quibusdam angustissimis concludantur,
 solos per omne disciplinarum genus impunè vagari,
 ab informatoribus acceperat, & assiduā lectione
 comperibat. Hinc Poëses illius tacentis *pictura*,
 quam & *Adriano & Marco Antonino Philosopho & A-*
lexandro Severo (at quantis Imp.!) oblecta-
 mento fuisse maximo historici sunt auctores,
 tanto

Erasmi.

”

”

”

Heins. Orat

4. habita ad

Pind. p. 59.

ex Max. Tyr.

Serw. 29.

pag. 58.

Isocr. ad De-
monic.

Heins. d. o-
rat.

Orat. 20.
ex Ang. Po-
lit.

Sparsian.
Capitol.
Lamprid.

tanto fervebat ardore, ut præstantissimorum, quorumque
artificum, tam veterum quam recentiorum tabulas un-
diq; conquireret, quibus oculos animumq; pascebat.
Hinc *enigmaticarum* istarum *sculpturarum & symbolorum*
non admiratorem tantum sed & felicissimum imita-
torem & inventorem, quæ ipse hoc in genere divini
reliquit ingenij monumenta partim varijs numisma-
tis dudum cognita, partim inter arcana adhuc reserva-
ta, testantur. Hinc omnis *antiquitas* indagatorem cu-
riosisimum vel sola antiquorum numismatum supel-
lex relicta evincit: ne de alijs stupendæ artis operibus,
quæ *Τεχνημαλοφουλάνειον* reservat, verbum addam ampli-
us ullum. Hinc *Historicorum* aliorumq; auctorum in
quibus Bonæ mentis sparsa semina, boni dynastæ ab-
sconsa monita, verum se præstabat helluonem. Helli-
onem dico, Eos n. hoc indigetare nomine solemus, qui
præ insatiabili indulgendi genio siti noctes diebus jun-
gunt. Et noster Princeps Genium suum, sed Musis a-
micum defraudandum nefas ducebat, tanto quidem
opere ut attestantibus qui à cubiculi fuerunt servitijs
non modò nox adulta, sed ipsum etiam gallicinium
nec mente cognoscendi tædio defatigatâ, nec oculis le-
gendi molestiâ fessis, chartas volventem sæpius offen-
derit. Taceo litterarias has lauticias creberrimè præ-
diorum delicijs *Caroli IV^{ti} Imp.* exemplo prælatas. I-
nunc Isocrates de tuo Theopompo: I Plæo de tuo Ari-
stotele frœnis coercentis gloriam. Hic ipse di-
scendi ardor primum lapidem *bibliotheca* optimis o-
mnium linguarum, omnium scientiarum auctoribus
refertâ, quam instruere maximis sumtibus postmodû
υαναγίτης noster cepit, posuit. Sacrum Pietatis & sa-
num veræ Philo'sophiæ studium *Eloquentia* comitabatur:
pedissequa: vel eo nomine Magnatib9 cõmendatissima,
quòd

Cic. ad Att.
l. 2. Epl. 1 &
de Clar. O-
rat. Quintil
l. 10. c. 1. Bru-
son. l. 2. c. 32

quòd Latij eloquij parente auctore, nihila sit aliud
quàm copiosè loquens sapientia, una de summis virtutibus, in-
genii lumen, verum doctrina, pacis comes, otii socia: & quòd
cui Principes imperant, populus non nisi auribus duca-
tur, facillimeq; --- --- --- quamvis durissima, corda
eloquio pollens ad sua vota trahat.

Qua de causa Hercules, quicquid egisse traditur, fa-
cundia & oratione confecisse Gallis creditur. Quos in
ea noster in ipsa juventute progressus fecerit, indicio
est de augustissima materia, duarum nimirum in Christo Me-
diatore Naturarum necessitate, eleganter & concinne elaborata
oratio, quàm ita augustissimus & litteratissimus Brunsvi-
gio-Lunaburgicus Dux AVGVSTVS, Ducum Pomeraniæ
nostræ affinis amantissimus, abreptum se aliubi fatetur,
ut ingenium Principis planè divinum & multiplici doctrinâ
præclarè excellentium admirari non satis potuerit, pariterq; se ne
incultu atq; socordia ingenium suum torpescere sineret, ad simi-
le quid præstandum exciârît.

Atq; his studijs privatim in aula tum adolescentiæ
juventaq; Ducis nostri cum emolumento enutrita tum
tota postmodum vita cum laude transacta; sive quòd
eorum dulcedine ita ipse irretitus ut non potuerit in-
de eximi, sive quòd cum Seneca tam diu discendam ra-
tus, quandiu nesiret, & si proverbio fides, quandiu
videret.

Quis n. prioris discipulorum diem poste-
riorem ignorat? Verùm quæ privata tecta, privati pa-
rietes instillabant, publicis etiam congressibus q. soli-
danda erant, & proprio experimento roboranda. Itaq;
non domi cochlearum istar semper hærendum, sed ad
alienos etiam soles & sola extra patrium interdum ex-
spaciandum. Peregrinando varia gentium instituta,
mores ritusq; incolarum, civitatum formæ cognoscen-
dæ, observandæ, amicitia & familiaritates aliorum di-

D

gnita-

Cic. in Bru-
so seu de
Clar. orat.
for. Plutar.
de ger. Re-
publ.

Alciat.
Embl. 180.
Erasm. in
Adag. Cas-
sam, Bio-
graph. me-
letem. 30.
c. 14.

„ In desic
„ Oration.
„ Roslo. h.
„ habit.
„

Seneca. Epl.
76.

A.C. 1588.

gnitate, cognatione, studijstam superiorū quàm equaliū
ambiendæ & acquirēdæ: Hoc scopo, hoc fructu Princeps
noster ex aula patria digressus verè *peregrinationem instru-*
mentum usus rerum & prudentia esse cum Homericō Vlyse
πολυεργῶ expertus est. Etatis anno XV. qui Christi-
anæ æræ annus erat supra sesquimillesimū Octuagesi-
m⁹ octav⁹, nuptijs ULDARICI Megalopolensis Ducis,
Nestoris dum viveret Germaniæ, cum ANNA Pome-
ranica Principe Wolgasti celebratis interfuit cum *Pa-*
rentibus: præsentibus præterea *Patruorum* Illustrissimā
quadrigā, FRANCISCO Duce Saxonæ, Angrivariæ,
Westphaliæ cum filijs AUGUSTO & PHILIPPO, & SI-
GISMUNDO-AUGUSTO Megapolensi Duce, post so-
roris CLARÆ-MARIÆ marito priore. Post biennij in-
tervallū cum eodē ULDARICO Megapolitano Duce af-
fine ab Optimo parente BOGUSLAO comitibus *Henri-*
co Röder, Christophoro à Platen & Martino Marshallero ad-
iunctis in Daniam, ut in desponsationis & nuptiarum
Magnanimi Herois HENRICI-JULII Ducis Brunovi-
cēlis & Lunæburgensis, cū virgine Regiæ ELISABETHA
solennibus illustrium convivarum pars quædam esset,
missus prima cum Magno Magnæ Britannæ rege J A-
COBO, Litteratorum Magnatum Phosphoro, *Corona-*
burgi amoris & amicitia jecit fundamina. O felix pere-
grinatoris nostri peregrinandi initium! ô gratum Prin-
cipi nostro cum hujus seculi Salomone congressum!
Nuptijs peractis Nova-nupta domum ducenda erat.
Noster PHILIPPVS unā cum fratre FRANCISCO Dn.
nostro Clementissimo, ERNESTI LVDOICI patruī il-
lustrissimi comitatuī adjungitur. At quàm felici auspi-
cio! quàm ex Nostri Principis vrbto! *quinquaginta*, ex-
templo raro & claro, interfuisse huic deductioni il-
lustrissimæ

A.C. 1590.

Illustrissimæ illustres feruntur personæ: cum quibus si
 quæ antea inita, instaurantur; si non partæ, parantur
 amicitia. Suis inde restitutus & parentibus & mu-
 tis illis, jmo ipsa sua a *Pharia* eloquentissimis Magistris,
 triennio post, nuptijs sororis CLARÆ MARIÆ cum
 SIGISMUNDO-AUGUSTO Duce Megapolitano
 beatiss. memor. Bardi in aula patria celebra-
 tis, Novæ-nuptæ Ivenacum usq; deductioni cum
 parentibus & fratribus reliquis comes interfuit. An-
 no subsequenti cum Illustrissimo AUGVSTO Juniori
 Duci Brunsvicensi & Lunæburgensi, jam fororio mœ-
 stissimo, summum Reipubl. litterariæ magistratum,
 quem *Recloratum* vocant, *Academia Rosschiana*, de tan-
 ti Principis adventu sibi gratulata, esset cõmissura, Bar-
 do eò excurrit: augustum inaugurationis actum præ-
 sentia suâ honorificentissimâ augustiorem reddit: cum
 Academiae proceribus, alijsq; sapientiæ divinæ huma-
 næq; antistitibus amicitias inicit: quò & octennio post
 Illustrissimum fratrem Ducem ULRICVM deducit:
 amicitias veteres renovat, novas conciliat. Peregri-
 natiuncula hæ planè ex Nostri sententia. quid si ma-
 joris illius, *etatis anno ter-septeno* susceptæ bona omnia?
 jmo optima. quamvis quæ esse humanarum rerum
 solet facies, jmo nativa peregrinationum indoles, ea
 non omni ex parte beata, in qua ex summo, quod
 morbi vis loco alienissimo intentabat vitæ discrimen,
 Princeps noster vix eluctabatur. Comitibus &
 Ducibus itineris lectis, qui omnes ut ætate majo-
 res, ita mundanæ hujus peregrinationis difficultates
 cum æternæ quietis portu PHILIPPO nostro pri-
 ores commutarunt, Viris nobilitate, litteratu-
 rã, prudentiã splendidis *Heinrico Schmefer*/
 D₂ Equite

Anno. 1593.
 M. sbr.

A. C. 1594.
 in fin. April

A. C. 1602.
 in fin. April

Anno. 1595.

15. Oñob.
1595.

Equite Megapolitano, pòst Capiteo Franzeburgensi,
Eberhardo ab Hölle Equite Brunsvigio, pòst defuncti no-
stri Cubiculario & rei equestri p̄fecto, Fratribz *Mars-*
stalleri Protasio J. U. Doctore & parentis Consiliario, &
Martino, qui Duci PHILIPPO à studijs iter suscipitur, per
Saxoniã inferiorem, Ducatus Lunaburgensem & Bruno-
vicensem, Misniam, Thuringiam, Franconiam, Nori-
berga petiur: inde Augusta in Vindelicis, Hinc per co-
mitatum Tirolensem, Veneriã, deliciarum paradyfus.
Inde ad visendam Italiã reliquam, præcipuam ac
florentissimam olim Rom. Imperij provinciam, Ro-
mam, urbium quondam Urbem & reginam,
totiusq; orbis domiti dominam pergitur. Hic
subsistitur, partim motu spontaneo, partim mor-
bo, qui Principem nostrum invadit, obices ponente.
Non sanè nihi, Audit. dicunt, qui Principibus vel ob-
solum morborum metum ad terras Antichristianismi
tenebris adhuc obrutas peregrinationibus interdicit,
Morbo n. ingruente reliquorum periculorum seges
ampla lucerescit. Corporis periclitatur salus? Salus
periclitatur etiam animæ. Illud curari vix potest,
absq; hujus præcipitio: hæc servari salva, integra, scele-
risq; pura difficilius, istius absq; dispendio. Aded sibi
& Christo sub Antichristo vivere.

*hoc opus, hic labor est: pauci quos cura leboræ
provida cordatos vera pietatis alumnos
defensat, potuerit. — —*

Quid g. noster? quid Comites? morbus ingra-
vescit. Medic9 nisi prævio Monacho confessionario ac-
cerfi nequit: nec è pharmacopolio medicamina
parari. De vita laborare Princeps incipit: & Comitū unã
salus in novacula, quod dicitur, acie stare. Aut confitere
h. e. Christū abnega, Romano-Babylonicã meretricem
adora,

adora, aut morere: & quos unà inquirimini, urimini, secamini. O difficultatū difficultas! o angustiārū angustia! prius istud prohibessit DEUS. De reliquo provideat. At jam providit. Consilia suggerit. Fidei & taciturnitati hospitis sui, ejusq; ratione Germani, illustrem agrotantis stirpem concedunt Comites. Auxilio hic succurrit: pharmaca curat. DEO medicante, Princeps restituitur. Per regnum Neapolitanum inde Salernum usq; ad Calabria & Africa frontispicia fit iter. Mons visitur *Veserius*, quem *Ethnearum* flammaram imitatorum & asseclam ex terræ motibus & incendijs natum tradunt, quorum materiam in imis terræ visceribus adhuc foetet: cujus incendium *Tito Vespasiano Augusto* tantum referunt Romanæ historiæ scriptores, ut cineres ejo non solum Romam, sed & ultra mare in Africam & Ægyptū deferrentur ventis: in mari bulliente pisces coquerentur, aves in aëre suffocarentur, celebres urbes vicinæ saxi & cineribus obruerentur. Cumq; naturalis historiæ indagator & scriptor *Plinius*, Augusti classis tum temporis præfectus, ejus incendij causas perscrutaturus avidius, propius accessisset, vi æstus & vaporis ad *Herculaneum* portum suffocatus perijt. Hinc fit recursus *Florentiam*, florentissimam Magnorum Ducum *Hetruriæ* sedem, ubi trimestre subsistunt spacium, & loci arbitror moti amœnitate, & civium officiosâ allecti humanitate, & linguæ elegantia detenti. Hac n. & istâ præ cæteris non solum *Hetruscis*, sed etiam *Italici* urbibus omnibus præstare eam ferunt: illâ verò ita *Carolus Magnus* olim captus, ut Româ, ubi *Cæsar Augustus* appellatus erat, redux è ruderibus à Barbaris & *Fesulanis* relictis restaurandam curârit. Vnde tam splendidis magnificisq; sumtuosissimæ structuræ ædificijs jam niret, ut in vulgato illo *Italicarum urbium* elogio,

*Pigh. in Her
Prodic.*

*Euseb. Chrō
Sueton. Xi-
philin. Diom
Cassius &
alii.*

*Heuzn. Tri-
ner. Plin. l.
6. Epl. 16.*

*Cratopol.
de Academ.
totius orbis
p. 42. 43.
Heuzn. d.
lib:
Quest. For-
cilin. l. 1. p.
19. 30.*

quemadmodum *Venetia dives, Mediolanum magnum, Genua*
superba, Bononia fertilis, Ravenna antiqua, Neapolis nobilis,
Roma sancta, ita Florentia, tanquam flos & pulchritudo Ita-
 liae, bella sit cognominata. Trimestri, quod diximus,
 hic exacto Venetias viatores nostri revertuntur: Inde
 per Forum Julij, bello inter Austriae Archiducem Bœ-
 miæq; regem Ferdinandum & Venetos aliquot jam an-
 nos ardens in Carinthiam Carniolam, Stiriam excu-
 ritur: Venetias tamen reditur. Mox Insubriae petitur
 Mediolanum Metropolis; Galliae Cisalpinæ Comum,
Plinii Secundi junioris patria, Pauli, Iovii historici prio-
 ris seculi celebris, cujus Musæum adhuc visitur. Lacu
 Lario transvecto fortes Helvetij adeuntur; tota eorum
 regio pellustratur. Iter Gallicanum, Anglicum & Bel-
 gicum hic animus erat suscipere: at interrumpit adver-
 sa pietissimæ matris valetudo, quæ filium in patriam
 revocat. Genevam tamen, Allobrogum oppidum Hel-
 vetiorum finibus proximum; Vesontium civitatem
 Imperialem, & utriusq; Burgundiae Metropolin; Cla-
 ram-Vallem *Divo Bernhardo* Antistite; Montem Beli-
 cardi, colloquio inter Calvinianorum antesignanum
Bezam & Iacobum Andrea Theologum Tubingensem ha-
 bito, nobiles: Ensisheimium regiminis inferioris Au-
 striæ sedem, cursus flectitur. In Lotharingiam ulte-
 rius Nancejum usq; Metropolin ac sedem Lotharin-
 giæ Ducis itur. Hinc itinere reflexo per Alsatiam,
 Brisgaviam, regionesq; alias Pragam Bœmorum abi-
 tur: exindeq; per Silesiam ejusq; urbes nobiliores Bo-
 leslaviam veterem, ubi ex bello Hungarico S. Wen-
 zeslai reliquias visitatum, honoratum, deosculatum
 profectus habebat *Vincentius Gonzaga* Dux Mantua-
 nus, Suidnicium, Wratislaviam totius Silesiæ Metro-
 polin, Lingnicium, Dresdam Serenissimi Saxoniae Ele-
 ctoris

circa A. C.
 1140.

Anno. 1589.

storis aulam pergitur. Vbi Magni illius Theologi POLYCARPI LYSEI Noster cum suis hospes, sub aliena persona, quam toto hujus itineris tractu induerat, nec facile exuebat, arcem Electoralem, armamentarium, gazophylacium, & quicquid visu dignum inspectat, observat. Dresdâ tandem relicta rectâ in patriam viâ reducem saluum cum suis post biennialem peregrinationem aula paterna Bardum gratulabunda recipit. Prudentiæ thesauros, Auditores, Principem nostrum hac peregrinatione collegisse dubitatis? *Per se quidem peregrinatio nemini cuiquam prodest.* Montium varietates, marium anfractus, hospitiorum multitudo, parum prudentiæ, amicitia ferè nihil conciliant: nec utilitate dempta esse jucunditas tanta potest, quæ sumptus æquet. Ita quidem operam, quod dicitur, & impensam perdunt, quibus divagari, discurre, est peregrinari. Ast Noster quemadmodum qui jaculatoriam exercent, scopum ad quem colliment, præfixum habent; multò antè quàm exoticas provincias adiret, quid per hanc ἀποδημίαν in regimine paternarum regionum olim adjumenti esset obtenturus, animo obfirmato præfinierat. Quamobrem monumenta & munimenta, civitates, cives non oculis tantum usurpabat, sed imprimis animo penetrabat; linguas addiscebat, inter studia, inter bibliothecas, inter cujusq; loci sapientes versabatur, ut ex *Seneca* mōnitu quæsitâ disceret, nondum inventa quæreret. Cum Catonibus, cum Lælijs, cum Tuberonibus, Socratibus, Zenonibus, Ciceronibus, Platonibus, Cæsaribus, Papinianis, Vlpianis, Alphonfis, & quibus non nobilioris hujus monere? vivebat. Et quis non ab his recedat doctior? prudētior? disertior? obtinuit itaq; hac peregrin-

Anno. 1597
circa finem
Novembr.

Sen. Epl. 109

Epl. 149.

Anno. 1599.

peregrinatione & divinatorum humanorumq; notitiam perfectiorem, & qui secundarius ipsi semper scopus, Magnorum familiaritatem virorum. Eadem hæc pleno admetiebatur horreo biennio post subsequens eunt fororio SIGISMUNDO-AUGUSTO Duce Megalburgico, comite etiam fratre GEORGIO, utrisq; *en ayins*, ad thermas Carolinas, indeq; Pilsenam, quò ob pestis contagium Pragà translata erat aula Imperatoria, & Magnificentissima Moscovitica advenerat Legatio. Nam quamvis periculosissima illa obluem erat contagiosam quæ ex comitibus, quòd in parentatione Ducis GEORGI dixerimus, tres minimè gregarios absolvebat: præter alia tamen amicitiarum erat Nostro feracissima, novarum partim, partim veterum innovatarum cum sui ordinis Principibus *Anhaldinis, Saxonis, Brandenburgicis*. Breviores ex aula paterna Bardensi vel in viciniam Megapolensem, vel intra ipsius Pomeraniæ terminos sicco transeo pede excursions cum & frequentiores sint, & ex vitæ historia in nuperis prælecta exequijs sat notæ; pleraq; etiam publicam Nostro personam imposuerint.

Vidimus ergò hæctenus Principem Nostrom in privato suo otio.

*Arist. 5. Ethic
Nic. 3.*

negotio procul, beatum, publicis;
in regiminis theatrum, quod juxta *Biantem* virum ostendit, producendus jam venit. Quæ itaq; CHRISTO & REIPUBLICÆ qui se à Magnis Semideis natum, in Pietatis & Philosophiæ palæstra exercitatum, foris peregrinatum noverat, PIETATIS & innocentiae edidit facinora? Multa & magna Tot & tanta ut si orationis hic pandenda forent vela, ne hodie nus quidem dies in portum nos subduxerit. Obversabatur n. ejus animo *se virum esse magna fortuna, cujus hoc proprium*

proprium, ut nihil relictum, nihil occultum patiatur: Principumq;
non modo domus, sed cubicula ipsa, intimosq; secessus recludat,
omniaq; arcana noscenda fama proponat atq; explicet. Quam-
obrem in eo totus fuit, ut quam Trajana virtutem, Au-
gusti moderationem, Antonini clementiam, Nervæ
gravitatem, Valeriani ac Claudij integritatem histori-
ci celebrant: quas boni gubernatoris virtutes Aurelii
Antonini tabula filio commendata exhibet: Imò quas
Spiritus S. Regio psalte amanuense præscribit: omni-
bis numeris, quoad quidem ejus ab homine fieri po-
test (nam Dij ut simus hac in vita, ne postulandum qui-
dem ab homine quoquam arbitror) adimpleret. Ve-
rùm enim verò vestrâ æquanimitatis aurâ abuti mihi
religio. Per saturam igitur q. colligamus, quæ excute-
re diligentius temporis angustia prohibemur. Gemi-
num Ducis nostri fuit imperium. Vicariam alterum
vivo parente: alterum hoc defuncto proprium. Vtrūq;
unâ & eâdem pietate, unâ & eâdem innocentia cinge-
bat firmabat, defensasbat. O felix imperium cujus funda-
mentum Pietas! cujus munimentum innocens probi-
tas! ò nullum præstabilius, nullum pulchrius divini Numinis mu-
nus, quam castus & sanctus & DEO simillimus Princeps! At
talis hic noster fuit, qui nihil ritè nihilq; providenter
homines sine DEI immortalis, omni sapientis ope con-
silio, honore, auspicari posse persuasum habebat. Ex-
petiscitis Salomonem? En hic Noster! Sed quid? erat.
quem in regiminis auspicio, qui à cubiculo & la-
tere fuerunt, manè & vesperi in suâ pergulâ genub;
flexis, manibus complicatis, infantiam suam DEO cõ-
fessum, sapientiam & cor docile, quò populo subjecto
jura det æqua & justa, & bonum pravumq; intelligat ac
discernat, à summo luminunt patre & solo summè sa-
piente submissè petere, observârunt. Expetiscitis

E.

Ezechi-

Plin. Pane-
gyr. c. 23.

Vid. Mellif.
histor. Pe-
zel. parte
secunda.

Vid. Rosin.
presat. do-
dic. super
exempla Pi-
etatis illu-
stris.

Psalin. 101.

Plin. Pane-
gyr. c. 1.

2. Reg. 3, 9.

4. Reg. 18. 5.

Psal. 1. 2.

Psal. 111. 10.

Pf. 119 §. 24
§. 105.

Can. 3. 4.

Rosin. in Vi-
ta Joh. Frid.

Ezechiam? En hic noster erat, qui in Domino DEO suo speravit, ut in his, qui ante eum fuerunt, vix fuerit similis ei, vix futurus post eum. Expetiscitis Davidem? En hic noster erat cujus voluntas & voluptas in lege Domini, in qua meditabatur die ac nocte; qui initium sapientiæ Domini timorem ducebat; cui testimonia DEI gaudium erant, & consiliarij justificationes DEI: pedibus cujus lucerna verbum Jehovæ & lumen semitis. qui sacra Biblia nec semel, nec unâ in lingua, sed sæpius, sed diversis in linguis perlegit, ponderavit, in succum & sanguinem convertit, cui de Biblico codice, emblemata erat, *Inveni, quem diligit anima mea*, qui illud unum à Domino petebat, & requirebat, ut in habitaret, in domo Domini, omnibus diebus vitæ suæ. Expetiscitis JOHANNEM-FRIDERICUM Saxonix Electorē? En hic noster erat, qui conciones cum habendæ, primus in templo, ubi habitæ ultimus erat ex templo, qui totos sæpè dies prandio neglecto in aede sacrâ orando consumsit, non Antichristianâ inductus superstitione, sed ut à strepitu remotior aulico ardentius preces effunderet. Expetiscitis GEORGIUM Anhaltinum Principem? En hic noster erat. Ille publicas quidem conciones habuit. Non sic noster: at publicarum tamen concionum auditor singulariter sedulus, earundem dispositiones, & argumenta consignavit; præcipua scripturæ dicta, præcipua similia connotavit: aulicos ministros ad sedulam divini verbi auditionem & devotam attentionem est adhortatus: quin multâ indictâ ab absentibus, à dormitantibus in usum pauperum exigendâ adegit. Theologica scripta assiduus evoluit: cum præstantissimis quibusq; Theologis de gravissimis sinceræ religionis articulis frequentissimè contulit. Expetiscitis Hiobum? En hic noster erat in gravissimis morborum cruciamen-

ciamentis, patientissimus optimum ratus pati, quod emen-
dare non possis; & DEVM, quo auctore cuncta proveniunt, sine
murmuratione comitari. Expetiscitis humillimæ erga DE-
VM subjectionis ideam? En hic noster erat, qui sacratis-
simâ *συνάξει* usus (utebatur a. creberrimè) praviam
peccatorum, quæ ingenuè agnoscebat, fatebatur, deplo-
rabat, absolutionem non nisi genibus positus parentis
BUGSLAI exemplo summa cum devotione petijt. Te-
statur de mirandâ PHILIPPI nostri pietate, de sincero
DEI amore & timore *Emblematum* ex sacris ut plurimū
ingeniosissimè deductorum libellus: testantur nummi
aurei argentei, quibus pleraq; ista inscripta: Testatur
Album verè Ducale, omni admiratione majus, omni
præconio excellentius, cui

— *atq; non viderit ulla* —

vix visura parem

Imperatorijs, regijs, Electoralibus, Ducalibus Principa-
libus insignijs, symbolis, & autographis, historijsq; ex
S. Codice artificiosissimi ejusq; pictoris manu appin-
gendis destinatum. Testatur aurea argenteaq; supel-
lex vitam Christi aliaq; acta sacra stupendis aurificum
cælaturis & toreumatis repræsentans. Testatur pia vox:
PHILIPPE homo es; quam ubi ministros fideles morte
veluti succedaneâ abreptos audivit, adjecit mortalita-
tis suæ memor, immortalæ æternitatem cogitans, su-
spirans. Testatur divinâ q. præfagitione tum ex cumu-
latâ hac intra novimestre spacium denorum mini-
strorum aulicorum veterum, maximam partem prima-
riorum; tum inprimis ex præproperâ fratris ger-
mani GEORGEI (à cujus quod nôstis funere non-
dum elapsus annus) Ducis & ætate & valetudine
vegetioris, è statione mundanâ evocatione ad
supernam, injecta religiosissima ad pium
obitum

obitum præparatio. Adeò ubivis Principis nostri pietas
 splendet: ubivis ejus adsunt monumenta. Sed privata
 hæc Pietatis videri possunt exercitia: addo publicam
 veræ religionis curam. Ecclesiæ nutritor existit dex-
 terrimus: omnis *κακοδοξίας*, osor acerrimus. Augustanæ
 Confessionis primævæ defensor gravissimus: Religioso-
 rum amator ac cultor constantissimus: scholarum pro-
 tector & propagator fidelissimus: pauperum patronus
 benignissimus. Ecquid enim causæ Auditores, Princi-
 pem permovit, ut neminem quenquam ministerij sa-
 cri Candidatum initiari passus fuerit, nisi ipse prius do-
 centem audirèt? nempe ut certus esset non *μαλακολόγως*
 falsæ doctrinæ asseclas in vineam Domini mitti, ovib9
 Christi pastores dari; sed qui *ὑποῦπωπων ἔχοντες ὑγιαίνον-
 των λόγων*, ut loquitur Apostolus, & *ἄντι τὴν διδαχὴν
 πωριστοῦ λόγου* potentes essent exhortari in doctrina sana &
ἐκκαθάρτου λόγου cōtradicētes arguere verbū veritatis *ὀρθοῦθιμουῦντες*. Ecquid
 causæ ad superioris anni *Evangelico-lubileam festivitatem
 triduanam* indicendā principem nostrum permovebat?
 nempe ut Antichristi tenebras plebs rudis edocta pro
 Evangelij B. Lutheri operâ restitutâ luce eò devotio-
 res SS. Triadi gratias ageret? ut ipse Princeps cū *Theodasia
 Augusto se magis gaudere palàm profiteretur, quòd vera Eccle-
 sia DEI esset membrum, quàm quòd in terris regnaret*: ut ab
 omni *ἐπιποδοξίας*, fermento purum se ostenderet, qui nō
 nisi sinceræ religionis Lutheranae (qui discriminis nota
 est, non auctoritatis) vocem suis in regionibus audiri
 velit. Ecquid causæ fuit, quod cū illustribus hujus Ly-
 cœi Rector hodiernus, solertissimus HUNICHIVS, of-
 ficio inaugurandus esset, ipse Princeps fratribus germa-
 nis Illusterrimis BOGISLAO, GEORGIO b. m. & VL-
 DARICO comitatus, hunc actum suâ honorare volue-
 rit præsentia, suâ ampliare auctoritate, & spartam ade-

p tam

2. Tim. 1. 13

Tit. 1. 9.

2. Tim. 2. 15

Buchol. Ind
Chronol. ex
August.

ptam vicariâ Cancellarij vocē Gymnafiarchæ novo or-
nandam commendare ? nempe ut quantæ sibi essent
curæ, quanto amori, pietatis ac virtutis officinæ scho-
læ declararet, quantoq; earum ornandarum & pro-
movendarum ardore fereret. Ecquid causæ ad magni-
ficam illam mille florenorum Nosocoméo suburbano
Petrino factam donationem, ad pastorum, ad ædifican-
dorum vel instaurandorum templorum liberalia auxi-
lia nostrum perduxit ? Uno verbo. *Limpidus vere pietatis
fons nunquam clauditur, sed benignitatis rivulos foras ad ali-
enas etiam provincias transmittit.* Talis g. Noster in pieta-
te erga DEVM fuit, in religionis curâ, in Ecclesiarum
& scholarum ornamenti, in paupertatis subsidiis, ut
pientissimis Jllis Jmpp. Magnis cognomine, Constan-
tino, Theodosio, Carolo, non injuriâ æquiparetur, ne-
scio an præferatur ? Pietatis erga Magistratum superio-
rem, Majestatem Imperiatoriam, illustre exhibuit spe-
cimen solenni illâ festivitate aulicâ honori Divi MA-
THIÆ Imp. hodierni, altero post ejus Electionem &
Coronationem mense indictâ & celebratâ, quæ typis
exscripta omnium teritur manibus. Pietatis erga pa-
rentes adeò fuit observans ut ne vultu quidem læderet.
Ideoq; cum Jllustrissimus parens BOGISLAUS viduus
ad secunda transiens vota Sunderburgum Holsatiz abi-
ret, relictus hic Noster Bardi, absentis parentis locum
tenens, Eidem cum Nova-nuptâ reduci, honoratissimâ
cum Equitum turmâ obviam profectus gratulabund9
cum excepit: Novercamq; matris instar inde usq; amo-
re, honore, reverentiâ profecutus est maximâ. Cumq;
divino sic dispensante Numine Imperij ad se devolu-
tam molem parens BUGISLAVS, senectutis onere jam
gravatus, Provincialium consentiente ordinum con-
cilio, humeris ipsius vicarijs imponeret, Patri non re-
fragatus

Anno. 1601.

Menf. Febr.

Anno 1603.

fragatus filiali eam obsequio recepit: & parente Bardi
 manente, in sedinensi hac aula Atlas velut quidam for-
 tissimus prudentissimus sustentavit, fuleijt. Piam & of-
 ficiosissimam erga fratres, erga consanguineos charita-
 tem quid opus est multis prædicare prædicant eam tot
 nuptiales, tot homágiales solennitates: tot (quas flere
 mallet si fas esset, quàm jam dicere) exsequia: tot trans-
 actiones pacificæ, quibus hic Noster non tam interfu-
 it, quàm prudenti consilio, constanti auxilio præfuit:
 testantur & quærantur ereptam, Illustrissimorù fra-
 trum, Sororum, consanguineorum tot piæ lacrymæ,
 quibus defuncti loculum largissimè irrigant, præcun-
 te mœstissimâ viduâ excôjuge absolutissimo pietatis &
 virtutis matronalis exemplari, suum cor, suum solatiû,
 suum auxilium, suum præsidium, suum amorem, suum
 honorem, suam anchoram, columnam clamante, lu-
 gente. De pietate erga præceptores quid dicam? Nem-
 pe de MARTINO MARSTALLERO, quod pleriq; sci-
 tis omnes: quem oculis ipsis chariorem habuit, à late-
 re nunquam dimisit. Regiminis capeffens fasces ad se-
 cretioris Consiliariatus dignitatem eundem evexit,
Gratianum Augustum amulatus, qui *Ausonium Poetam*
 Præceptorem suum consulem Romanum grati animi
 causâ designabat, ac declarabat, *ipsi solvens quod debebat,*
interim adhuc debens, quod solvebat, quæ ipsius Imp. sunt
 verba: non minus se, imò plus præceptori debere cum
 Alexandro illo confitentis, quòd benè viveret, benè
 imperaret, quam patri, à quo esset, quòd viveret.

Pius ergò; jmo Pietatis exemplar Dux nostrer fuit;
 idemq; innocentia tantò flagrantior, quantò ea fidelior
 Principis custodia, quantò DEVM ipsum innocentia &
 sanctitate lætari magis, quam accuratis adorantium,
 præcibus didicerat: quantoq; gratior æstimetur, qui
 delu-

Zwing. the.
 hum. Vit.
 Vol. 13. l. 2.
 ex sign. l. 8
 Imp. Occi-
 dent.

delubris ejus puram castamq; mentem, quàm qui me-
 ditatum Carmen intulerit, ut de suo hæc mihi *Plinius*
 largiatur. Sapientis prudentiæ videamus scintillas,
 imò lucidissimum splendorem. Ea v, uti metallorum
 omnium aurum probatissimum, sic virtutum reliqua-
 rum probatissima, princeps, & norma gubernatrix:
 qua rectâ aberrare istæ nequeunt; qua hallucinante
 & istas deviare necessum est. Tribus a. circumscribi-
 tur q. finibus: felici præteritorum recordatione, ordi-
 natâ præsentium actione, & circumspectâ futurorum
 provisione. Latissimi hi sunt fines, quos etiam opti-
 mus quisq; Princeps difficulter circumiverit, difficili-
 us ab errorum incursionibus securos stiterit, fideli-
 um, parastatarum & Consiliatorum, quos amicos Ale-
 xander Imp. vocare non dubitavit, præsidio & auxilio
 non munitus, non adjutus. *Magna enim negotia adiu-
 toribus magnis egent; multiq; regis requiruntur oculi, aures multe.*
 Eos itaq; Noster in curarum adscivit partem, quos
 administratio paterna rerum animorumq; provinciæ
 gnaros reliquerat: quos sui similes & pietate insigni,
 & doctrinâ eleganti, & constantiâ temperatâ stipata, animi
 cõmendabat moderatio: à quibus ea abesse videbat, quæ
 sanis consultationibus impedimento esse solent. Cum
 his rem illam sacram, de rebus arduis consultatio-
 nem maturè iniit: in ipsis Consilijs placuit illud? *Len-
 tē sed attentē; cum tutiora semper sint, quæ consilijs lentis
 providentur, quàm quæ calidis properantur: & si unquam,
 usquam, certē hic obtineat Poëtæ illud;*

differ; habent parva commoda magna mora,

Suadēdi disuadendiq; libertatē in cõsiliarijs maximo pe-
 re probavit, amavit: sententias ipsi cõsignavit; scrupulos
 non-

*Panegytra
 Jan. c. 3.*

*Philo. Iud.
 l. 1. allegor.*

*Ex August.
 Serm. ad
 Erem. de
 provid. &
 Isocr. apud
 Stobæum. l. 1.
 l. 4. C. de
 Contr. stip.
 Velle 19 l. 12*

*Xenoph. l. 8.
 Pæd. Gyr.*

Platō.

Ovid. 3 Fast.

non raro adjecit; definitivam ut loquuntur, sæpè distulit, quò exactissimè re ponderatà non sententiarum numerus, sed pondus vinceret.

Tam prudenti curâ omnia aggressus, à justitia non potuit esse alienus, quæ q. Rhodus, in qua ista salter: neq; vel volens vel imprudens à vero ejus tramite potuit deflectere, omnia examussim trutinando. Amorem justitiae & æqui Illustræ Archidicasterii palatium à parente BUGISLAO magnificè ædificari cœptum, ab ipso perfectum & animo & oculis ipsis subjicit. Cujus non sat fuit frontispicium & parietes exornare splendide: Sed ipsa etiam subsellia in diebus judicialibus solennioribus, præsentiae suæ luce velut irradiavit, litigantibusq; aures faciles præbuit. Amicabiles litium cõpositiones studiosè promovit: iisdem sapius ipse interfuit; gravioribus in negocijs actorum narratione non contentus, eadem ipse pellegit, contulit, quò ex æquo omnibus singulisq; jus administraretur. Porro in justitiâ rectè sectandâ & defensandâ regio clementis æquitatis, quàm severæ asperitatis gradu incedere maluit. Manliana n. imperia & Cassiana judicia nunquam probavit. Sed cujus se vicem in terris gerere, à quo dignitatis apicem obtinere agnoscebat, æmulandum sibi DEVM proponebat. Atqui DEI proprium est misereri & parcere: alienum verò irasci & punire. Nam cum miseretur, se se misericordiam sumit; cum vero nos iudicat, eum quodammodo cogimus, inquit Bernhardus. Quî & naturæ lenitatis insperfit semina, inter apum examina regi aut aculeos detrahens, aut eorum usum denegans, quò minus noceant. Quò itaq; Princeps ad puniendû tardior, ad clementiam pronior, hoc DEO est propior. Quamobrem dum multa quidem Noster vidit, multa etiam dissimulavit, nec omnia resecutus est; parvis veniam

Aug. Medit.

39. Esai. 28.

21. Luth. in

Explic. De-

cal. tom. 4.

Germ. Ienej

P. 537. 4.

Serm. 5. in

Nativ.

Alciat Embl

148. ex Plin

l. 1. Nat.

hist. c. 17.

veniam, magnis severitatem commodavit : ita tamen ut indictas multas non rigidè exegerit, sed delinquentium pœnitentiâ contentus sæpius, vel totam remisit, vel magnam partem diminuerit, non se adjiciens multæ esse avidum, sed debitæ sibi obedientiæ sitibundum. Graviora tamen crimina, quorum impunitas incentivum præbet delinquendi, severâ ultus est vindictâ. Ad coërcendum n. malos vindice gladio commisso usus est Medicorum vestigia premens, qui digitum præcidi jubent, si eam ob rem gangræna non sit ad brachium ventura : Tum enim

--- *immedicabile vulnus*

ense recidendum est, ne pars sincera trahatur :

præstatq, ut pereat unus, quàm unitas. Quapropter homicidis alijs sui defendendi jus etsi nunquam præcidit; capitali tamen ex actis & probatis supplicio addictos nullus personæ aut dignitatis respectus eximere pœnæ potuit; quam ipsam non tam infligendam curavit, quàm permisit. In hac justa n. animadversione sive *Vespasiani Augusti*, sive *Bianii* animus in hunc nostrum quasi delapsus visus est. Istum nullius unquam cæde lætatur, justis etiam supplicijs illacrymâsse & ingenuisse auctor est *Tranquillus*. Hic *Stobæo* referente morti quem piæ adjudicaturq, profusissimis similiter miserâ, hominis sortem deslevit lacrymis *Admonitus* autem ne tantum animi toperè angeretur quippe quem penes arbitrium esset & norma sortè damnandi, absolvēdive, nequaquâ, respondit, me penes fontium est salus : at ô utinam ! verum illud potius obtinet : *Fiat iusticia*. Necessarium quidem est naturæ condolere ; at à lege & justiciæ tramite discedere, magis est perniciosum. Pariter Princeps noster *PHILIPPVS*, in primis deprecationis quid pro capitibus damnatis quando intervenit, uti affectuosæ & piæ

*Tacitus in
vita Agricol*

*Rom. 13. 4.
Lips. 4. Pol.
9. ex Varrō.
fragment.*

*Ovid. 1.
Metam.*

Bernhard

*Sueton.
Tranq. in
T. Fl. Ve-
spas. 6. 15.*

Serm. 44.

2. PAR. 19. 6.

Vox Ludoi-
si. IV. regis
Gallorum.

NAZAR. PA-
negyr. con-
stat. f. 8.

Cvid. lib.
de Pont.
El. 3.

Plin. PAN-
gyr. 6. 71.

collacrymantis commiserationis, ita promptæ veniæ
futura erat largissimus, nisi exsertum divinæ Majesta-
tis inviolandæ mandatum, cui se obnoxium sentiebat,
rigorem imperâisset. Qua etiam de causa Cõsiliarios cõ-
vocatos & de jurato judicandi officio, quod non homi-
nibus sed DEO administrant, admonitos consuluit, an
hisce in casibus ita conscientiam ipsius obfirmare pos-
sent, ut si meritam severitatem indulgentia sequestra-
ret, certò persuasum habeat, coram tremendo DEI ju-
dicio vocem hanc sibi non metuendam : *Princeps deli-*
ctum non puniens cum possit, cum debeat, eiusdem se reum
facit. Tam gravatè apud animum ipsius mali peribant!
Tanto studio condere gladium ingenita naturæ cle-
mëntia nitebatur, quæ stringere salo conscientię cogebat.

Quid est, Audit. Principem cum Augusto Imper-
--- ad penam esse pigrum, atq; dolore
--- quoties cogitur esse ferrox,

Si hoc non est? Quid est

*multa metu pena, sed penã pauca coercere,
& iacere invita fulmina rara manu,*

Si hoc non est? Prædonū violentiam ferro, edictis
coërcuit: istamq; furiosamne dicam? certè præcipitem
quorundã ad Monomachias, in quib9 & vict9 perit & vi-
ctor (nisi hic bis terve pereat, intereat) provocandi li-
bidinè prælustri magni Galliarū Regis, dū viveret, HEN-
RICI IV^{ti} & Imperatoriæ Majestatis, quantū ad provin-
cias hereditarias attinet, exemplo præcavere interdicitis
studiofissimè allaboravit. Sed allaboravit. quis enim om-
niū consiliorū præstiterit eventū, fata ubi obstitrint?

Ad humanitatē quæ Clementiæ germana soror pergo.
Ea v. ut Illustrissimis Pomeraniæ Ducibus penè est pro-
pria, huic nostro fuit planè singularis, non ignaro, cui
ad augendum fastigium nihil superest, hunc uno modo
crescere

crefcere poffe, fi feipfe fubmittat, mgnitudinis fuæ fe-
curus. Prædicant eam fubditi & miniftri, quos non ut
Dominus, fed ut parens liberos benivolè habuit, ut ve-
rè PATRIÆ PATREM repræfentârit. Patriæ n. patrum
ideò fortiuntur Principes nomen, ut fciant datam fibi,
poteflatem patriam, quæ eft temperatiflima liberis
confulens fuâq; poft illos ponens, ut loquitur amœni-
fimi *Tacito* vir ingenij, *Seneca*. Eandè exteri, vel Legati, vel
peregrinatores huc appulerūt, attoniti ftupuerunt. Nō
poffum non politiffima BIBRANIDARVM fratrum bi-
ga, quæ exactis Germanicâ, Belgicâ Britânicâ Gallicanâ,
Ibericâ, Helveticâ peregrinationib9, cū elegantis doctri-
næ, ftupèdæ memoriæ, exquisiti iudicij Ephoro GITLE-
RO ante trimeftre hâc tranfibas, five in patria Silefia jam
degas, five Italica tempe pelluftres, in teftem te huc vo-
care. Ad auguftâ illius Auguftâ huc translatae menfæ
pyramidalis intuitum vos & qui unâ eramus, admittē-
di indulgente & præfente Duce tanti Principis adire
Majeftatem qui verebatur, quid admiſſi miraba-
mur? Mirandum fanè menfæ artificium, Dædali opera
& Vulcani tripodas quæ *divinum vel spontè fuâ certamen in-
iſſe ſcribuntur*, longis poſt ſe relinquens paraſangis nos te-
nebat: nec injuriâ. At Principis humanitas aperto capi-
te, porrectâ manu, ſtando nos excipiens, nobiſcum q;
familiaribus ſermonem ſerens, menſæ ſecreta explicâs,
bidui ſummâ cum patientiâ ſui copiam faciens, ſtupore
nos totos percellerat: quæ & aliquoties ad prandium,
ad cœnam vos vocabat. O Principem humanitate im-
plâ humaniorem! ô humanitatem non anguſtis Pome-
raniæ terminis concludendam, ſed longè lateq; ad o-
mnes orbis angulos tranſmittendam, propalandam, de-
prædicandam! imò prædicatur, prædicabitur

— nullo deiebitis evo.

Ab humanitate ad humilitatem progredior:

Sen. l. 1. de
Clem. c. 14.

Nicolaus &
Fridericus à
Bibrâ. Eqq.
Sileſii.

Anno. 1617.
Dienſ. No-
vembr.

Ariſt. 1. Po-
lit. 4.

istius e. hæc suboles, Ergo & Nostri Ducis comes animo,
ore, vestitu, gestu præ se tulit, averfatus omnes, quos

*mentis elata tumor, arrogansq;
vultus, & cunctos veluti minores*

lumine spernens,

inflabat, induebat. quippe suo dissimiles ingenio, qui
de grege ad imperium sublato & evertum se humiliter fas-
sus, *Principes ac reges in terris, cum SIGISMUNDO Imp. ma-*
tre Ducissâ Pomeranica nato, & ex abnepiti inter majore,
hodiernorum Pomeraniæ Ducum relato, *beatos esse*
arbitratur, si exclusis superbis mansuetudinis humanitatisq;
cultores in curiam adfiscerent.

Pacis hinc studium & concordia subsequitur; *fun-*
damentum ac radix otii, banorum civium seminarium, quietis
publica seges. Cum Dominis fratribus, quod supra dice-
bamus, vixit conjunctissimè; cum Dno. patruæ PHI-
LIPPO-JULIO, jucundissimè: cum vicinis amicissimè:
cum subditis humanissimè. Pacifici a. est non solim
nullas dissidij causas serere, sed etiam si quid litium &
controversiarum jam antè est subnatum, prudenter re-
secare. Resecuit & Noster, in primis quæ inter prede-
cessores nunquam satis laudatos & quasdam civitates
subditas gravissimæ ortæ erant controversiæ. Hæ sum-
mâ PHILIPPI nostri, prudentiâ, industriâ, labore vel
sublatæ penitus ita tamen ut nihil quicquam auctori-
tati Ducum superiori, eorumq; privilegijs fuerit dero-
gatum, neq; etiam subditis fraudis & damni quid inde
illatum: vel ad bonam reconciliationis spem deductæ.
Summæ, quod ipsi meministis, clementiæ humore pa-
cisq; liquore intestinum urbis nicendum antè sesqui-
annū restinxit: sūma sapientiâ sūma patientiâ plebis in-
senatū furores demulsit, cūm justâ retundere violentiâ
potuerit; Decē servare cives fontes, potius ducens, quàm

unum

Psal. 101. 5.

*Symb. Ego
tuli de gre-
ge.*

*Æne. sylv.
l. 2. de reb9
gestis Al-
phonfi.*

*Nazar. pa-
negyr. c. 10.*

*Anno. 1616.
in. Jul.*

unum perdere innocentem. Neq; tamen ita pacis fuit amator, ut eam injustam bello justo præferret, ante tubam trepidans. DEO confisus, confisus bonæ conscientie & causæ, subditorumq; fidei, animum nunquam despondit. Ejus magnitudinem cum ante quadriennium Confœderati, quos vocabant, Polonici in Pomeraniæ finibus turbas darent ac minarum nescio quos strepitum ederent, calamus scriptorius ensisq; decussatim in nummis cusi, cum symbolo: *suo quidq; Tempore*, militumq; ad propulsandâ; depellendâq; si quam rabies intentaret indomita, vim atq; injuriam conscripta manus ostentabant infractam. Non animi robur unquâ defuit, atq; est benignitas, quod læta hætenus pax mœnia nostra possederit, nec hostium arma illud lacefferint.

Ad munificentiam, quam & in me exercitam non possum non grato agnoscere & collaudare animo, frugalitatem, in dictis factisq; constantiam, urbanitatem ab omni scurrili spurcitie alienam, aliasq; virtutes principis nostri excurrendum amplius foret Audit. & quæ hinc dependet fructuum decerpenda ubertas; Magnifica visenda forent architecturæ opera (at eheu! cœpta, non perfecta) pellustranda bibliotheca; excutiendum *πελαγοπορευσιον*: versandum in *πρυμναλοφυλακείω*: venationes & alia exercitia non negligenda: quæ omnia Reipubl. Atlanti sunt & stabiliendo & decorando, & honestè recreando. Verùm cui parendum modò, retrahere jubet cursum & ad portum respicere temporis ratio. Satis esto me dicere, Principem nos habuisse ita pium, ita innocentem, ita *Optimum*, quâ voculâ quicquod veram Principi gloriam & decus conciliat *Plinius* completitur: ut ejus virtutibus nullo vitiorum confinio læsis, nihil pietati prudentiâ civili, nihil justiciæ clementiâ, nihil magestati humanitate, nihil honori humilitate,

nihil gravitati urbanitate, nihil magnanimitati pacis
amore fuerit detractum. O felicem Principem, cui
tanta concordia, tantus concentus omnium laudum
omnisq; gloriæ contingit! O felices provincias tanto
domino dominatas! felicitas n. virtutum præmium:
Sed vera, non fucata. Ea; & Principem nostrum & has re-
giones subsecuta non pauca, nec parca. Duo obijci mi-
hi, Audit. audio, quæ felicitatem hanc, quam assero,
privatam & publicam evertere videntur: Ducis nostri
cõjugium sterile, & corpus imbecille. Utrûq; & Princi-
pis animum sæpè exercuisse & parum è subditorum re-
esse, qui dubitet, nullus est. Sed quod habeam respon-
dere, non deest. In hac rerum imperfecta conditione
nihil ab omni parte beatum esse palàm est. Absurdus
ergò fuerit, qui tam perfectum bonum postulàrit, quod
non mixtum poculo aliquo mœrorum. Magnifica De-
metrii vox est: *Nihil infelicias eo, cui nihil unquam evenit
advers. quod oporteat talem hominem aut sibi esse ignotum,
ut qui nunquam sui periculum fecerit; aut Diis invisum, ut
quem praterierint veluti ignavum, nec idoneum ad fortuna
confutrum, qua rectissimum quemq; aggreditur, adversus
quem vim suam intendat.* Magnifica & Seneca vox est:
*Semper esse felicem & sine morfu animi velle transire vitam,
ignorare est rerum natura alteram partem. Magnus es vir?
Sed unde scio, si tibi fortuna non dat facultatem exhibenda vir-
tutis? At calamitates mortalium subiugum mittere, propri-
um magni viri est.* Tantum ergò abest, ut utraq; il-
la calamitas felicitati Ducis nostri deroget, ut potius
eandem commendet. Nam quid illi nocere potuit,
quod illum documentum patientiæ (quæ nunquam
est in prosperis) fecit? in quo veluti certamine
Olympico pietatis & tolerantia; & coronam & victo-
riam

Senes. l. de
provid. c. 3.
& Eras. l. 8.
apophth.

Sen. l. d. c. d

Gregor. l. ii
Moral.

riam affecutus triumphavit? Addo illud: Et suboles & perfecta corporis sanitas ex eo bonorum est genere, quæ non sunt ἐφ' ἑμῶν, nec felicitatis essentiam propriè constituunt. Ergò salvâ eâ abesse queunt. Sed fortius hoc ulcus premamus. Denegat haut rarò utrumq; hoc bonum temporale DEUS etiam piissimis. Causa non tam est ab ipsis, quàm qui sunt ipsorum. Propter peccata terræ multi principes ejus, propter peccata, populi justi & sancti principes colliguntur: semenq; ipsorum subtrahitur, ne in medio iniquitatum unà pereat. Quemadmodum servorum & subditorum bonorum gratiâ Principibus sæpè DEVS benedicit: ita ex contrario subditorum & ministrorum pravorum peccata, Dux etiam ipse cogitur sæpissimè dependere, quæ pia *υακαειν* nostri vox erat. Quam obrem quæ pijs Ducibus *tribulationis tentatio vel ad perficiendam cedit virtutem, vel confirmandam, divulgandam, approbandam;* subditis ad vitam vergat emendandam, ni commotà terrâ luctum vocari luctu præoptent, alienæq; imperandi subjeci libidini. Sed quò dilabor? Si quid hic prolis, quam verum conjugalis amoris vinculum Lycæi appellitat doctor, defectus fortis induxit infelicis: illud v. omne Illustrissimæ Conjugis nunc-Viduæ, SOPHIÆ amor intensissimus compensavit abundè. Regiæ illa stirpis, regiarum etiam virtutum, quantâ fide, constantiâ, tolerantâ in varijs mariti infirmitatibus lateri & lecto noctes diesq; affixa, verè fuerit adjutorio, consolationi, recreationi, quibus liberior ad Principes fuit accessus nullâ fandi copiâ extollere fatis queunt. Conjugij sterilitatem mutua amoris, fidei, servitij adimplevit foecunditas. Varia porrò corporis valetudo obnubilare quidem felicitatis serenitatem potest, felicitatem ipsam non submo-

Epic. & En-
chiad. c. 1.

Prov. 28. 2.

Aug. contra
Faust.

Avl. 8. Eth.
Nic. c. 14.

vere.

Apud. Dion.

Plin. pan-
tyr. c. 74.

Suet. in T.
Vesp.

vere. Nam & difficile est eundem virum & corpore esse va-
lidissimo, & animo prudentissimo Antonini Imp. effato: Prin-
ceps itaq; Noster corpore infirmis licet, animâ tamen,
validus, mente prudens, nequaquam fuit infelix: qui
non tam sibi natum, quàm CHRISTO & REIPUBL. :
non tam privatim, quàm publicè obligatum se statuens
feriarum laxamenta curarum studiorum contentione
supplendo has corporis imbecillitates si non contraxit,
attamen adauxit. Officio alijs inserviando sibi officit,
privatæ sanitati publicas utilitates antetulit. Quamo-
brem si ea demum vera est felicitas, felicitate dignum videri,
quis eâ dignior nostro visus, qui præ Vespasiano illo a-
mor & delicta generis humani habitus? quem Illustrissimi
Dni fratres patris instar vivum sunt venerati: defun-
ctum plangunt; consanguinei honorarunt: subditi co-
luerunt; exteri suspexerunt: omnes amarunt. Quanti
Imper. Majestas ipsum fecerit: quanti sapientum & po-
tentum regum apex Magnæ Britannia Rex JACOBUS,
litteratissimus: quanti serenissim9 Polonia rex vicin9:
quanti Electores, Archiduces, Magnus Hetruria Dux
COSMUS Medices, quanti Duces Principes alij: frequen-
tia litterarum loquuntur commercia: testantur per-
honorificâ per Legatos amplissimos alloquia, gratula-
tiones: edisserunt de rebus gravissimis consiliorum cõ-
municationes & petitiones: posteritati referunt Albium
preciosissimum (cujus antea facta mentio) candidissi-
mi tantorum Magnatum amoris impressionibus splen-
didissimum. Famâ ergo nobiliore latè transfusa ex-
tremis etiam Gadibus Noster vivus innotuit: mortuum
honor annaliùm æternus colit & coler. Et quis felicita-
tem piæ suæ innocentia: præmium retulisse Ducem
nostrum ambigat? cui & pace frui licuit: intestinâ, ab
omni litium in aulâ Imperatoria, à copiosa in Curia,
Spirensi

Spirensi contentione immuni: & externâ ab hostium,
 qui nulli fuerunt, invasionibus securo, loricato subdi-
 torum amore septo, Piëg. vixit, vixit INNOCENTER,
 CHRISTO & REIPUBL. nec omninò infeliciter P H I-
 LIPPUS noster, mortuus a. felicissimè, beatissimè.
 Quî n. diversum à vita morum calculum posuerit? qui
 cujus vitam ut totam ità imprimis, *D. Gerbardi Theo-*
logi hoc nostro seculo non emultis, Enchiridio contra
mortem consolatorio assiduè trito indice, extremam optima
Philosophia Mortis exercebat meditatio, ut deliberatò & cau-
 sis ejus probè expensis, utq; suaferit pietas ac ratio, vitæ
 mortisq; consilium suscipere vel ponere visus sit, hanc
 vitam beatus non exuerit, mortis interventu cum me-
 liore & beatiore non commutaverit? Obijt itaq; quin
 abijt à nobis pijsissimus, innocentissimus Princeps, su-
 periori mense Februario (heu Februus Pomeraniæ infe-
 stis! quæ & PHILIPPUM I. quod suprâ dicebamus, no-
 stri PHILIPPI II^{di} avum, & JOHANNEM FRIDERI-
 CUM patrum & JOHANNEM-ERNESTUM
 fratrem olim inviderunt!) *annum atatu trahens quintum*
& quadragesimum qui Enneaticus climactericus quintus. O
 præproperam abitionem! ô lubricam vitæ stationem.
 itane tantus princeps vix dimidium metæ à Mose præ-
 scriptæ transgressus cadit? ô cælum! ô solum! utrum
 vestri hoc acceleravit fatum? Siccine astorum tulit cur-
 sus, recursus, junctura, oppositura, aspectuum varietas?
 Nolumus, Audit. abdita & ambigua quærere in cælo
 superius, quæ circa nos & nobis manifesta & certa sunt
 inferius. Propter inobedientiam populi perdit DEUS
 vocem gaudij, vocem lætitiæ; vertit luxum in luctum.
 variat regnorum capita. In DEI manu sors & mors ho-
 minum, principum, Ducum. Hic vitæ sigit terminos,
 refigit, prorogat, sed & anticipat: suo quidem nutu,
 G haut

A. C. 1560.

14. Febr.

A. C. 1600.

9. Febr.

A. C. 1590.

1. Febr.

Psal. 90. 12

Ier. 25. 10.

haut tamen rarò ex subditorum vita. Benè Te qui-
 dem, ò *beatissime Princeps PHILIPPE*, qui *εὐδαιμόνιον* ade-
 ptus terram reliquisti, incēdii quod imminere videtur,
 securus. Vitam hanc, j̄mò vitæ umbram, larvam exut⁹
 vitam veram, vitalem, immortalem induisti. quos in
 terris pietate innocentia Majores æmulabaris antesi-
 gnanos, eorum in cœlis associatus lateribus præmia
 digna cape. Hic Christi servus frugi; isthic in Christo
 æternum vive, æternum gaude. Invenisti jam quem di-
 ligebat anima, ad quem anima sitiebat vitę fontem. De-
 lectare, dotare! in cujus manu sortes erant tuæ, in hu-
 jus sinu ab omni cura liber quiesce, cuj⁹ gratiâ hic eras,
 quicquid eras; hunc isthic de facie ad faciem contuere!
 inmarcessibili justiciæ redimitus coronâ angelorum &
 sanctorum consortio accine, jubila, triumphâ! sabbat-
 tum sabbato junge! quam auris non audit, oculus non
 vidit gloriosâ luce corusca. ò quanto tuo lucro ex hac
 infelici ad beatam profectus pervenisti civitatem, ve-
 ram patriam, ubi certa est securitas & securâ aternitas
 & aterna tranquillitas, & tranquilla felicitas & felix
 suavitas & suavissimâ incunditas, ubi sacrosancta Trias per infinita
 regnat secula. At quanto damno subditos hic tuos re-
 liquisti! Sed ex merito. O Pomerania! Pomerania! vix
 tibi peccasti! agnosce virgam furoris divini! Pater DE-
 US est, Patris patientiam non nisi multæ & magnæ fi-
 lij evincunt injuriæ ut damnet, ut ad decretorium sty-
 lum accedat. qui hanc patris DEVS sequestret à se lon-
 ganimitatem temerè? Sonticam oportet esse causam
 quæ DEUM irritat. Causam tolle; culpam deprecare:
 facilem ignoscentiam ne despera. Deduc quasi torren-
 tem lacrymas per diem & noctem: nec da requiem tibi,
 neq; taceat pupilla oculi tui. Consurge, clama in nocte,
 in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum
 ante

Esai. 66. 23.
Esai. 64. 4.
1. Cor. 9.

Greg. in
Septem Ps.

Sen. l. 1. de
Clem. 6. 19

Ier. in thrō.
C. 2. §. 18. 19

ante conspectum Domini : leva ad eum manus tuas. Sic
age me praecunte, fere, precare :

*Aeternae Triune DEUS omnisapiens, omnipotens immense bonitatis, tan-
taeq; misericordiae quantus ipse es. Multae & magnae sunt iniquitates nostrae :
quae inter nos & te DEUM nostrum dividunt, faciem a nobis tuam abscon-
dunt : dissiteri eas non possumus, multiplicatae sunt super capillos capitum no-
strorum, nec eorum est numerus. Supergressae sunt caput nostrum & aethra
gravioribus gravatae sunt supra nos, ascendunt, clamant ad te in caelum, vindic-
tam poscunt, iustus cadit, & non est, qui animadvertat : non est, qui super
contritione Ioseph patiatur. Merito irasceris, merito corripis, punis, At, at !
rememiscere miserationum tuarum & misericordiarum tuarum, quae a seculo
sunt, quarum non est numerus. Si iniquitates observaveris, quis sustinebit ?
non secundum peccata nostra fac nobis, neq; secundum iniquitates nostras
retribue nobis. Circo anticipent nos misericordiae tuae, quia tenues facti sumus
nimis. Adjuva nos DEUS salutis nostrae propter gloriam nominis tui Domi-
ne, libera nos propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Exsurge,
miserere, quia tempus miserandi est, quia venit tempus. — Exsicca abyssum
malorum, & flumina irae tuae arsecat. Tu DEUS noster es, tu pater, tu pastor,
tu creator, tu formator : Nos filii tui, oves pascuae tuae, tuae creaturae. Nun-
quid irasceris in perpetuum populo tuo, aut perseverabis in finem ? nunquid
in perpetuum pane lacrymarum cibabis populum tuum & potabis lacrimis co-
piose ? Succine ad punctum in momento indignationis abscondis faciem tuam
a nobis ? revertere ad nos ; in misericordia sempiterna miserere nostri. Faci-
em tuam rursus obverte, dorso averso. Exhilata nos pro diebus quibus nos
afflixisti. Post nubila Phaeum redire iube. A te solo salus nostra pendet & au-
xilium, o amator hominum ! o amator animarum ! In te spes nostra, quam
confundi non poteris promissionum tuarum memor, veracissimus exhibitor.
Tutave Domine Illustrissimam domum Pomeranicam, foecunda, felicitate ! Flo-
rem ejus ad annos indelebiles propaga ! ut sub ejus ratela regio haec vigeat,
vireat, tranquillam & quietam vitam agat in omni pietate & honestate,
o fiat ! Domine, fiat ! AMEN.*

Ier. 59. 2.

Psal. 40. 14.

Psal. 38. 5.

Ier. 57. 1.

Amos 6. 6.

Psal. 25. 8.

Psal. 130.

Pf. 103. 10.

Psal. 79. 3. 9.

Pf. 102. 14.

Ier. 35.

Psal. 80. 6.

Psal. 30. 6.

Isa. 44. 7. 8.


Psal. 90. 15.

Psal. 121. 2.

Sap. 11. 27.

PROSOPOPOEIA
Beatissimi Principis
DN. PHILIPPI. II.
Pomeranorum Ducis.

Defunctus loquitur:

 *Ui Te sublatum, Frater dilecte GEOR-*
(GI,
Lugebam; Funus subsequor ipse Tu-
(um.

Et non invitus. nam sunt mala tempora vite,
Quam versant rapido turbine mille vices,
Quam vitia inficiunt, quam tot Fastidia vexant,
Vt verè non sit vita; sed Anxietas.
Quam dolor atq; Labor semper comitantur: amarã
Quam reddit Mœror, Passio, Cura, Metus.
Quam morbi attenuant, quam præceps terminat
(Horas;

Mortis quam tandem vis violenta fugat.
Christus vita mea est. ut viti palmes, adhasi
Christo uni viva & justificante Fide.

Liber

*Liber ab Ærumnis illâ fruar amodò vitâ,
Quam Christi peperit Mors pretiosa mihi.
Nullis quæ vicibus, vitis obnoxia nullis;
Sincera Æternæ Gaudia Pacis habet.
In terris Hominum sunt gaudia turbida: nunquàm
Instabilis Mundi Pax diuturna fuit.
Qui sapiunt; spretis vanis, Cœlestia querant.
Omnia sunt nugæ, præter amare DEVM*

Ludoicus Hollonius Pastor
Politzianus P. L.

FINIS,



*Errata Typographica, que in transcurso iâ
relectione obvennerunt, sic:*

Litera A. 2. facie. b. linea 10. pro, iquamvis, legatur quamvis.
A. 3. fac. a. lin. 12. pro merurere, leg. meruere. A. 4.
fac. a. lin. 6. pro faciendum, leg: faciendum. fac. b. lin:
5. pro interpretantur. leg: interpretantur. lin: 21. pro
laudare leg: laudare.

Litera B. 1. fac. a. circa lin. 17. addatur in margine. p. 121. fac.
b. lin: 1, pro essent. leg. esset. lin. 13. pro satis feceris
leg. satisfeceris. lin: 15. pro recentes leg: recentes. lin.
25. pro *κακὰ* leg. *καλά*, lin: 26. pro in honore leg: in ho-
noræ. B. 2. fac. b. lin. 8. pro balbuti ei leg: balbutiei.
B. 3. fac. a. lin. 13. pro Audit, patefca, leg. Auditores,
patefcat. B. 4. fac. b. lin. 5. pro *ἀὐτρεπταί* leg: *αὐτόπται*.
lin. 7. pro Occidentlis. leg: Occidentalis. pro adhuc
dum leg: adhucdum.

Litera C. 1. fac. a, lin. 29. pro &, leg. ea. fac. b. lin. 3, pro verò
leg. verè lin. 6. pro *θεανθώπω* leg. *θεανθεώπω*. C. 2. fac. a.
lin. 3. pro quorum leg. quorum. lin. 25. pro & immò,
leg. immò. fac. b. lin. 6. pro eum, leg: cum. C. 3. fac.
a. lin: 7. pro cui. leg: cui. circa lin: 12. in marg. pro ego
ex. leg. 190. lin: 31. pro quod. leg: quid fac b. circa lin.
26. in marg. pro Vul: leg. Vid. circa lin: 33. in marg.
pro Habenti. leg. Huberti.

Litera D. 2. fac. a. lin: 22. pro omnia leg. omnia. D. 3. fac. a.
lin. 1, pro quos. leg. vos. lin. 5. pro ægro tantis leg. æ-
grotantis. lin. 7. pro restituitur. leg. restituitur. lin. 10
pro Vesperus leg: Vesevus. lin. 15. pro solùm. leg. solùm
fac. 6. circa lin. 23. in marg. pro 1589. leg. 1586. lin. 33.
pro Lingnicium leg. Lignicium. D. 4. fac. a. circa lin. 26.
in marg.

in marg. pro 149. leg. 104. lin: 28. pro enim. leg. cum
lin. 32. pro obtinuit. leg. Obtinuit.

Litera E. 2. fac. a. lin. 19. pro manu. leg. manu. E. 3. fac. a. circ.
lin: 33. addatur in marg. M. Sept. fac. b. lin. 2. pro sedi-
nensi. leg. Sedinensi. lin. 10. pro quæulantur. leg. que-
rulantur. circa lin. 24. in marg. pro ex figon: leg. ex
Sigon. lin. 33. pro præcibus. leg. precibus.

Litera F. 1. fac. a. lin: 22. pro ingenuisse leg: ingemuisse lin:
23. pro quem piam. leg. quempiam. lin. 25. 26. pro tan-
animi toperere: leg. tantopere animi. fac. b. lin. 16. pro
dolore leg: dolere, circa lin. 18. in marg. pro Cvid.
leg. Ovid. lin. 29. pro obstitrint. leg. obstitierint. F. 2.
fac. a. lin. 1. mgnitudinis. leg. magnitudinis lin. 8. pro
exteri, vel Legati. leg. exteri, qui vel Legati. fac. b.
lin: 14. pro banorum leg: bonorum. lin. 30. pro ni-
cendum leg: incendium. F. 3. fac. a. lin. 33. pro mage-
stati leg: majestati. fac. b. circ. lin. 16. in marg. pro Se-
nes, leg. Senec. lin. 26. pro subjugum. leg. sub jugum.
F. 4. fac. b. l. 1. pro difficele est cundum leg. difficile
est eundem. lin: 3. pro infirmis leg. infirmus, lin.
16. pro fuspexerunt. leg. suspexerunt.

*Præterita verò reliqua benivolè, benivolus
excipiet LECTOR,*

THE HISTORY OF THE

ROYAL SOCIETY OF LONDON

FROM THE YEAR 1660 TO 1700

BY JOHN DE LAET

AMSTERSDAM

1705

Printed by J. Blaeuw

at the Sign of the Golden Lion

in the Strand

THE HISTORY OF THE
ROYAL SOCIETY OF LONDON